



len  
p. li  
curia

135


LIBRARIUS  
ECCLESIAE  
S. ANDREAE









Genachlijc defenhe Flo...  
kenning Synod &...  
pubitantijs





De 135














GENNADII  
SCHOLARII PA-  
TRIARCHAE CON-  
STANTINOPO-  
LITANI

De 135

DEFENSIO QVIN-  
QUE CAPITVM, QVÆ IN

sancta & œcumenica Florentina Sy-  
nodo continentur,

*Pr. Leo Vastar. a Jfy Bernar  
Jo. P. D. Stan. Cumer. canoni warrin*

- De processione Spiritus Sancti.
- De sacrificio in azymo, vel fermentato.
- De purgatorio.
- De fruitione sanctorum.
- De primatu Papæ.


Fabio Benevolentio Senensi interprete.

AD SANCTISSIMUM D. N.  
Gregorium Papam XIII.

*De licentia superiorum.*

D I L I N G Æ,  
Excudebat Ioannes Mayer


M. D. LXXXI.




SCHOLARSHIP PAID

LIBRARY OF THE  
STATISTICAL

DEPARTMENT OF



SANCTISSIMO  
D. N. GREGORIO  
PAPAE XIII.



V Mante aliquot annos Pater Beatissime de stat<sup>o</sup> ecclesiastici prestantia pauca quaedam conscripsisse, ciuilibusq; & humanis rationibus ostendissem, non reperiri politiã inter omnes alias ea xcellentiore; reliquũ erat id theologicis & diuinis testimoniis comprobare. Sed dum in hac cogitatione torus defixus sum atque hæreo, incidi in Græcum Gennadij volumen Constantinopolitani Patriarchæ: in quo hæc omnia nouo

\* 2      quo

quodam more erant exposita,  
ac disputata : aliaq; scilicet cō-  
plura de Petri primatu , & sum-  
mi Pontificis , in conciliis au-  
ctoritate : responsiones præte-  
rea aduersus eos, qui ecclesiasti-  
corum diuitias eorumque cul-  
tum , & viuendi rationem sug-  
gillabant. quæ quidem cum  
non tantum copiose, & elegan-  
ter, præterq; communem scho-  
lasticorum vsum essent pertra-  
ctata , verum etiam summope-  
re pie , atque catholicè; operæ  
precium esse duxi ea non finire  
sub modio diutius delitescere,  
sed Romana ciuitate donare, at-  
que ex vmbra in lucem profer-  
re; vicemque illius vehementer  
indolui, quod tam egregius au-  
ctor

etor sua laude fraudaretur, nec  
hæreticis nostræ tempestatis o-  
bijceretur, qui Græcum homi-  
nem, vel regie Urbis Patriarchā,  
ideſt pontificiæ dignitatis emu-  
lum, conſpiciant arma retun-  
dentem, quæ aduerſum nos di-  
ſtringi conſueſſent. Nam is pri-  
mum diuinæ ſcripturæ locos  
præcipuos adducit, eoſque in-  
genioſiſſime explicat; deinde  
pontificum, conciliorumq; de-  
creta ſuper Petri primatu: po-  
ſtremo ſuæ gentis ſcriptorum,  
hoſ occidentis, illoſ orientis do-  
ctores appellans. adhibet præte-  
rea nouellas quaſdā Iuſtiniani  
Imperatoris conſtitutiones, in-  
quib⁹ primā ſedem agnouit Ro-  
mani Pontificis, ceteris poſtha-



bitis omnibus : ex quo perspi-  
cuum cuicumque esse potest,  
hunc omnem fere antiquitatē  
periusstrasse; atque ex abditis la-  
tibulis multa feliciter eduxisse.  
Ea & si Græcis suis composita  
sunt, qui adeo impudenter à  
concordia in Florentino Con-  
cilio firmata desciuerunt, tamē  
omnia aduersus iuniores hære-  
ticos mirifice sunt accōmoda-  
ta, atque id potissimum de Petri  
primatu, & alterū de igne pur-  
gatorio caput. nam veluti Græ-  
ci post obedientiam Pontifici  
Romano subtractam, infame  
Machomethis iugum subie-  
runt, ita & nostri temporis hæ-  
retici in maximas calamitates  
inciderunt, ex quibus humana,  
&

& diuina iura ( quantum in i-  
pſis fuit ) fundit<sup>9</sup> peruerſa ſunt,  
atque conturbata. Turcæ poſt  
impia Lutheri dogmata totam  
ferè Pannoniam occuparunt.  
ſed plura & fortasſe imminen-  
tia nō libet addere, nec tam in-  
felices exitus Chriſtianis homi-  
nibus ominari. apud Anglos,  
Scotos, Germanos, Gallos, quot  
mala contigerint, poſtquam Vi-  
gonotti ſcà Romana Eccleſia ſe-  
iunxerunt, vel cæcis eſt cogni-  
tum. Cæterum ſi hæc à Latino  
pertractata fuiſſet, poterat qui-  
uis facile ſuſpicari, eū ſibi met  
aſſentari, & ſecum colludere;  
ſed cum à Græco compoſita  
ſint, non Romæ apud nos; ſed  
in regia Vrbe apud ſuos, neceſſe

est confiteri eum diuino numi-  
ne afflatum conscripsisse: eoq;  
magis, quod is iureiurando in-  
terposito testatur, se tantum ve-  
ritate ductum hæc scribere, &  
tanquam ante Dei tribunal cō-  
stitutum alio nunquam oculos  
deflexisse. Verum aliàs etiā Ro-  
mani Pontifices sibi Græcos ho-  
mines adiunxerunt, veluti Bes-  
farionem Nicænum, & Ruthe-  
num Isidorum, S. R. E. Cardi-  
nales, viros omni virtutum ge-  
nere insignitos, aliosque eiusdē  
homines notæ. At vestra San-  
ctitas vltèrius est progressa, cū  
Græcorum collegium nuper in-  
stituerit, & paulo ante Germa-  
nicum: quæ duæ nationes si se  
nobis adiunxerint, ceteræ nul-  
lo

lo negotio subsequenter, & ad  
primam sanitatē reuertentur:  
quod quidem sub vestræ San-  
ctitatis auspiciis sperare possu-  
mus, & debemus, cum ea publi-  
cis semper inuigilet commo-  
dis, & intendat: ac veluti impi-  
ger nauta nunquam clauum de  
manu dimittat, vere Christi Vi-  
carius & Petri successor. Eodem  
pertinet Neophytorum colle-  
gium sapientissime nuper au-  
ctum, vel conditum, quasi se-  
minarium omnium, qui sue-  
gentis sectis desertis sub Chri-  
sti Dei nostri vexillis voluerint  
militare. sed diuino prorsus cō-  
silio contigisse videtur, quod  
eo potissimum tempore pro-  
dierit Gennadius, quo Græco-  
rum

eorum collegium est constitu-  
tum, quasi gratias acturus ob  
ingētia beneficia erga suā gen-  
tem collata; depreceturq; vt ve-  
stra Beatitudo hoc studiū per-  
petuo seruet, cum literæ, & dis-  
ciplinę omnes magna ex parte  
ab ijs exortę sint, & sacra Theo-  
logia eorū scriptis maxime sit  
exculta, & illustrata, curięque  
Romane dignitas ab aliis po-  
stea miris præconiis sit celebra-  
ta; nam Nicēnus Bessarion, &  
Trapezuntius Georgius de pri-  
matu Petri lectu dignissima cō-  
diderunt, paucis ea quidem co-  
gnita, sed luce, & sole dignissi-  
ma. Verum hi longo interuallo  
ab eloquētia Gennadij absunt.  
de quo auctore Nicolaus Ma-  
ioranus,

ioranus, Episcopus Melfitenfis,  
veri & virtutis amantissimus,  
sepe dicere solet: Ego quinquaginta annos in famulatu huius sancte sedis, & Pontificum vixi, eosque ob innumera in me merita colui semper vt debui: at nulla alia re magis ad eorum cultum sum accensus, & inflammatus, quam ex huius voluminis lectione. Non dedignetur ergo V. Sanctitas cum per facras licuerit occupationes huc, veluti in amoenum quoddam Viridarium, paulisper diuertere, & reliqua etiam quattuor capita oculis perlustrare, quorum vertendorum onus mihi iniunctum est. Reliquum est, vt Deum optimum maximum pro incolu-

lumitate sua omni conatu de-  
precemur, quę cum sit ad publi-  
cas nata cōmoditates, longiora  
vitę spatia meretur, non tam  
ob laborum suorum fructum,  
quibus etiam maiora debētur,  
quā ad totius reipublicę Chri-  
stianę commodum, ac benefi-  
cium: Cui omni adhibita hu-  
militate pedes deosculamur, &  
fortunam nostram commen-  
damus. Romę calendis No-  
uembris. M. D. LXXIX.

Sanctitatis V.

Humillimus seruus Fabius Beneuolentius.

ANTONIVS CA-  
VVS ARCHIEPISCO-  
PVVS CORCYRENSIS

*Camera Apostolica Clericus, Lectori.*



VM paucis ab hinc an-  
nis apud oriētales Græ-  
cos munus obiens Epi-  
scopo debitum, Corcyre  
degerē; oblata est mihi  
occafio internoscendi penitus, quid ij  
de fide, ac religione sentirent, cumque  
eorum ritus & dogmata maiori ex parte  
à catholica veritate recedere intellexif-  
sem; per otium libuit ea adnotare, & li-  
teris mandare. Itaque libro de hæresi-  
bus iuniorum Græcorum conscripto,  
Gregorio XIII. Pont. Max. dicaui  
& tradidi, inter cætera absurda, & à vero  
prorsus abhorrentia, animaduerti id esse  
potissimum de Papæ primatu: quem ij  
adeo inuidiose & peruicaciter abnegant,  
vt neque Caluino nec Luthero, vel alij  
nostræ ætatis hæresiarchæ concedant.  
Quamobrem apud me statui, & credidi,  
nihil



nihil plane inter Græcum hominem, & Latinæ Ecclesiæ hostem interesse, verum id eo magis assererem, nisi Fabij Beneuolentij opera, viri in græcis literis non vulgariter eruditi, mei familiaris & domestici, ad manus meas opus quoddam peruenisset Gennadij Scholarij Constantinopolitani patriarchæ de Papæ auctoritate. quod cum mihi valde nouum, atque incredibile videretur, omni adhibita cura de hoc autore, & auctoritatibus super hac re prolati, perquisiui. Accū contra quam expectabam perspexissem, & copia rerum & pondere, hunc cæteros qui de hac re conscripserunt antea; suasi vt tam egregium opus cum Latinis communicaret; vt non parui futurum momenti ad Ecclesiæ Romanæ dignitatem patefaciendam, atque illustrandam: pollicitus pro hac re peragenda omne meum studium, atq; opem. Nam si tum cum apud Græcos in oriente versarer, huius libri facultas contigisset; ita proculdubio eorum temeritatem, & impudentiam retudissem, vt respondendi locus amplius datus non fuisset; quoniam huic obicere, vt aliis quibusdam

dam, non potuissent eum esse Latinorum  
assecclam, & in illorum gratiam scribere,  
cum esset Constantinopolitanus patriar-  
cha, & ab his electus: nec quod Romæ  
nobiscum versatus, cum is occasione Flo-  
rentini concilij tantum sit in Italia com-  
moratus; vbi semper Ecclesiæ Romanæ  
fauit, vt in actis synodi & eius orationi-  
bus patet. Sed post cum Palæologo Im-  
peratore in Orientem reuersus, Con-  
stantinopolitanus patriarcha creatus est,  
paulo ante captam à Turcis ciuitatem:  
in qua vixit, obiitque catholice fidei  
semper propugnator, & vindex, quem  
admodum ex hoc libro liquido decla-  
ratur, & ex aliis quantum audire & lege-  
re licuit. Conuertant igitur oculos &  
mentem ad huius operis lectionem pijs,  
catholici, & veri amantes viri: existimo  
nanque me hoc vere asserere posse, pau-  
ca huiusce generis scripta reperiri, qui-  
buscum Gennadij lucubrationes, siue  
facundiam spectes, siue doctrinam, con-  
ferri valeant, tum ad Apostolicę sedis au-  
toritatem propagandam, tum ad he-  
reticorum rabiem compescen-  
dam. Valete.



VITA GENNADII  
SCHOLARII PA-  
TRIARCHÆ CONSTAN-  
TINOPOLITANI.

**I**OANNES Palæologus Constan-  
tinopolitanus Imperator, cum Ferrar-  
iam ab Eugenio iij. fuisset euocatus  
pro Ecclesiæ concordia transigenda; eduxit secum  
viros ecclesiasticos, laicosque, omni virtutum ge-  
nere insignes. Inter cæteros ex clericis Nicænum  
Bessarionem, & Isidorum Ruthenorum patriar-  
cham: ex laicis Georgium Scholarium senatorem,  
& alios quosdam, quos non est necesse commemo-  
rare, cum in concilij Florentini actis assatim le-  
gantur. cæterum disputationes de fide inter Ec-  
clesiasticos intercesserunt, laicis ( vt mos est ) se-  
clusis. Scholarius igitur & si dignitate multis es-  
set inferior, doctrina tamen nulli erat secundus:  
vt ex hoc commentario patet, in quo decreta Con-  
cilij tuetur. sed & in eodem Concilio duos libros  
edidit, suæ fidei confessionem in iis exponendo:  
quos Imperatori, alijsque in synodo legendos tra-  
didit; eosque audiui Parisiis Latinos factos, atque  
editos. Præterea hic tres orationes composuit, vbi  
Græcos suos ad vñionem cum Latinis hortatur, lu-  
culentissimas; nam eloquentiæ palmam huic tri-  
buere tum Græci videbantur; ideo eæ iussu Im-  
peratoris volumini Concilij actorum insertæ sunt.  
Ergo

Ergo concordia post multas concertationes inter  
Græcos & Latinos transacta, Imperator cum suis  
Constantinopolim est reuersus, pius profecto & ca-  
tholicus princeps. Verum eo paulo post vita de-  
functo, in regno successit Constantinus eius frater,  
cognomento Dragases, non eadem, qua frater, er-  
ga Romanam Ecclesiam pietate. opera igitur &  
suasu Marci Ephesini Episcopi, omnia perturba-  
ta sunt: quoniam nec Græci (vt est eorum leuitas)  
conuentis stare voluerunt. nam Marcus scriptis  
aduersus Latinos editis, à catholica fide suos aba-  
lienauit. huius temeritatem cum Scholarius ferre  
non posset, monitu Georgij Protosyngeli patriar-  
chæ, omnibus eius capitibus respondit, qui liber  
impressus non est, & paucis cognitus. Defuncto  
Gregorio successit in eius locum Scholarius An-  
no Domini 1452. vt patet ex chronico ecclesiasti-  
co Onufrij Panuini, factusque est è Georgio Gen-  
nadius, Græcorum more; qui cum ad Patriarchalæ  
apicem euecti sunt, nomen assumunt quod ab ea-  
dem littera incipiat qua proprium, paulo diuersius  
quam Romani pontifices consueuerunt. At nec iis cõ-  
tentus, scripsit in patriarchatu librum commen-  
tariis quinque distinctum, secundum quinque ar-  
ticulos in Florentino Concilio firmatos: in quibus  
copiose eius decreta asserit, Marcique impuden-  
tiam simul & temeritatem retundit; qui lapis an-  
gularis, & scandali petra vere dici potest, veluti  
præcipuus inter Græcos schismatis autor. In tra-  
ctandis quæstionibus secutus est ordinem in Con-  
cilio habitum Gennadius, quæ quinq; extiterunt,  
de

de sancti Spiritus scilicet processione, de conficien-  
do in azymo, vel fermento, de purgatorio, de frui-  
tione sanctorum, & de Papæ primatu. in qua re obla-  
ta est ei occasio omnè eloquentiæ suæ copiã effun-  
dendi, non vt in aliis capitibus euenit, quæ acri-  
moniam tantum postulant disputandi; quamquam  
vbique sua exsplendescat oratio. Is hunc librum in  
vrbe Constantinopolitana videtur conscripisse,  
paulo post direptionem eius sub Maomethe Tur-  
carum Imperatore: quã rem adeo tragice in quinto  
deplorat, vt cuius lacrymas excutere possit.  
Audiui etiam de Angelo Iustiniano Græco homi-  
ne, Gebennensi Episcopo, se legisse monodiam Gen-  
nadij eiusdem argumenti, in qua copiose explicat,  
& lamentatur suæ ciuitatis, & gentis interitum,  
vel magis excidium. retulit etiam se habere opu-  
sculum diui Thomæ Aquinatis de ente & essen-  
tia, ab eodem autore in Græcum sermonem ver-  
sum, & cõmentariis ab eo illustratum: quod aperte  
indicat eum vel Latina calluisse, vt antea opina-  
bar; cum multa ex nostris autoribus in hoc libro  
adducat. in tractatu de Papæ primatu citat qua-  
dam ex Gratiani decreto, ex quibus deprehendi-  
tur id quod modo dixi. Sed nec ommittendum vi-  
detur, quod Diplobatazius Latinus iurisconsul-  
tus, quamuis Græcus natione, scribit se vidisse Ve-  
netis Gratiani decretum Græce conscriptum, eo  
allatum à quodam legato regis Cyprij: nam satis  
notum est iuniores Græcos complures ex Latinis  
scriptoribus, etiam ecclesiasticos in suos vsus ver-  
tisse, qui hodie leguntur in Vaticano, & alibi. Ro-  
bertus

bertus Constantinus Gallus in sua bibliotheca re-  
statu Gennadiū hūc scripsisse libros de fide, de Dei  
cultu, & contra Iudeos, & responsiones pro Chri-  
stianis, & in bibliotheca regia manuscriptos Pari-  
sis asservari. Laonicus Chalcondyles Athenien-  
sis libro 6. historię Turcicę, meminit huius, tan-  
quam primas apud Gręcos sapientię partes ob-  
tinentis. Quanti fecerit hunc Bessarion Cardina-  
lis Nicęnus, ostendit in epistola quadam ad Grę-  
cos de Petri primatu; in qua eadem fere leguntur,  
quę apud Gennadium conscripta sunt, interdumq;  
ijsdem verbis. nec dici potest primum scripsisse Bes-  
saronem, cum eius epistola data sit anno 1463. &  
Gennadius obierit 1460. secundum Panuvinę  
chronicon: vt liquido pateat tunc apud omnes  
eius virtutem claram & celebrem extitisse.

Et hæc de Gennadio præfatum fuis-  
se sufficiat.



# AD LECTOREM.



SCIENDUM est quod in hac versione Gennadij, vsi fuimus auxilio quattuor codicum manu scriptorū, antequam Græcus liber typis excuderetur. primus est aduectus è Creta: relatumque est eum fuisse Georgij cuiusdam Corinthij, viri in Græcis litteris non mediocriter eruditi, quo cum ego ante multos annos Venetiis familiariter versatus sum. alter fuit Marcelli secundi Papæ: eum de sua bibliotheca protulit Cardinalis Sirletus, quem ego honoris causa nomino, testatus illum aureis centum coemptum. Tertius ex Vaticano, ab hoc fonte deductus, ac descriptus. postremum, sed magis vetustum commodauit Illustrissimus Cardinalis Farnesius, at sine nomine auctoris, in insula Naxo vna ex Cycladibus (vt videtur) conscriptū. Animaduertendumque est in his omnibus, quod vbifol. 384. linea 37. in græcis impressis legitur Ianuarius, in scriptis haberi Iouianus, alludendo ad Iubaiani nomē; ad quem scribit Cyprianus horum similia, quæ in epistola Iubaiani continētur. Sed locus à Gennadio adductus reperitur in epistola ad Ianuarium, vt non ausim reprehendere eos, qui Ianuarium pro Iouiano reposuerint. Idē euenit de Eunomio fol. 399. linea

línea 20. in cuius locum impressus posuit Ma-  
cedonius, eiusdē hæresis cum Eunomio autor,  
vt Niceta græcus scriptor attestatur, vbi de hæ-  
resiarchis, & eorum hæresibus sermonem ha-  
bet. quod addidimus, vt magis curiosis satis-  
faceremus.

Præterea non omittendum in tractatu de  
Sancti Spiritus processione, Græcos vti quibus-  
dam vocibus, quarum significata non vnde-  
quaque Latinis respondent, veluti *αἰτία*, *ὑπόστασις*,  
*ὑπόστασις*, *ὑπόστασις*. *αἰτία* quod ad verbum si-  
gnificat causa, cum Græci dicunt Spiritum san-  
ctum esse *ἐκ τῆς αἰτίας τῶ πατρὸς*, Latini do-  
ctores, pro causa dicunt principium, vel origo:  
nam Græci verbi vis vtrumque sua latitudine  
comprehendit. iccirco fere semper ex Genna-  
dio ita vertimus *αἰτίαν*, *ὑπόστασις* modo essentia  
modo substantia, & *ὑπόστασις*, substantia, &  
substantia, quamquã Bessarion in sua oratione  
dogmatica ad Græcos in concilio, quam is po-  
stea latinam reddidit, vertit existentia & subsi-  
stentia promiscuè. pro qua voce Boëtius in tra-  
ctatu de duabus Christi naturis aduersus Eu-  
tychem & Nestorium, videtur vsus fuisse *ὑπόστα-  
σις*. *ὑπόστασις* vertim<sup>9</sup> persona, & hypostasis &  
substantia. Cæterū de vi horum verborū non  
est amplius quod laborem<sup>9</sup>, cum ea quandoq;  
confundantur, vt Boëtius in supradidictō o-  
stendit tractatu. In concilio etiam Florentino  
sessione 17. & 18. eadem vberrime explican-



tur, & apud diuī Thomā leges nonnulla in li-  
bro de Græcorum erroribus ad hoc argumen-  
tum pertinentia, atque ad omnes Gennadij  
tractatus; eadem enim quæstiones in concilio  
Lugdunensi à Græcis disputatæ sunt, quamuis  
exitu dispari: quoniam Imperator tantum Græ-  
cus cum Pontifice consensit, suis doctoribus  
peruicacissime reluctantibus. verum hæc alias  
loco commodiore dicentur.

In epistola diuī Maximi ad Marinum fol. 21.  
linea 9. vbi legitur, comprehenderunt, scien-  
dum quosdam vertisse susceperunt: potest di-  
ci etiam apprehenderunt, nam ἐπελάβοντο  
vtrumque significat. de qua epistola leges mul-  
ta sessione 7. & 23. in Florentino concilio. &  
ibidē vbi legitur in impressis ἐυθυμένως περὶ  
scribendum est ex manuscriptis Vaticani ἐυθυ-  
μῶμεως per n, vbi totus hic locus fusius ex-  
plicatur, vt suo tempore in annota-  
tionibus docebimus.



Cæsaris Mazzutelli Camertis.

Salve maxime Gennadi Senator  
Byzanti, eloquio tonante cuius  
Vires hæresis impiæ domantur,  
Græcorumque Ephesique pertinacis.  
Salve, qui solum, vicemque Petri  
Ius, & dogma sacrum tuere Romæ.  
En quod tu Latio dedisti honoris,  
Idem dat Latium tibi vicissim.  
Nam qui Græcus erat tuus libellus,  
Nunc & per Fabium sonat latine,  
Ut Græcis venereris, & Latinis.

Petri Contestabilis Genuensis.

Inclyta Gennadio lætetur Roma Latino;  
Quæ celebri partu nuper adaucta fuit.  
Quo plures factus noster, quam Græcus habebat  
Asseclas, Latio hoc gloria maior erit.  
Et Fabium, studio cuius noua munera dantur,  
Illustrem æterno tempore reddet honos.

I. Hieronymi Catenæ Nursini.

Quam merito à falsis, Gennadi, vera tuentem  
Nulla habita gentis te ratione tuæ,  
Gloria consequitur? veris te laudibus ornat  
Romanom solio qui sacra sceptrâ gerit.  
En colit Hesperius, te iam veneratur Eous.  
Dum morem patrium deseris, astra tenes.

FRANCISCVS  
PINTA PRESBYTER  
AC THEOLOGIAE DO-  
ctor studioso lectori.

**N** habes humanissime lector,  
librum sane quam eruditum &  
piū: quem à Gennadio Patriar-  
cha Constantinopolitano Græco  
primitus sermone conscriptum,  
Fabius Beneuolentius Senen-  
sis, vir tum ornatus alioqui, tum non vulgariter  
eruditus, Romana donatum lingua, in communem  
Latinorum vtilitatem emittit. Eum ego librum  
ab admodum R. Fratре Paulo Constabili Sacri Pa-  
latij Magistro, viro integerrimo, ad me, vt illum  
examinarem transmissum, non sine summa quadā  
animi alacritate perlegi, idque non tam quod opus  
ipsum recens esset ac varium, quam quod multa in  
eo sese mihi obtulere scitu dignissima, quæ nusquā  
hactenus legeram apud Latinos auctores. Facta au-  
tem quam diligenter à me fieri potuit collatione  
cum Græcis, nihil (vti arbitror) temere elapsum  
est, quod tuas lector aures queat offendere: nisi  
quod cum res ipsæ de quibus in hoc opere disputa-  
tur, sint per difficiles, vix fieri potuit, vt non ali-  
quid interdum aut duriter, aut obscure, aut etiam  
parum eleganter in aures incurrat. Scis enim quam  
sit difficile de rebus (quales hæ sunt) diuinis, co-  
piose, perspicue & ornate conscribere. Contentus  
igi-

igitur esse debebis, quod Gennadiū, de præstantis-  
simis nostræ religionis dogmatibus latino loquen-  
tem sermone licet audire. Iam vero vt de toto ipso  
opere dicam quod sentio, nihil in eo non pie simul  
& erudite, nihil non acute disseritur; nusquam  
non, aut catholica, fides validissimis argumentis  
adstruitur, aut hæreticorum & schismaticorum  
machinamenta ingeniose, ac subtiliter eliduntur:  
vt vere possim asserere, si nihil vnquam, sanctis-  
simis Conciliorum, præsertim vero Florentini De-  
cretis, aduersus Græcos qui ab Ecclesia Romana  
desciuere, definitum hæctenus extitisset, vel hæc  
tantum commentaria ( modo legerentur deposito  
æmulationis studio ) posse sufficere, vt miseranda  
Græcorum natio, ab inueteratis erroribus reuoca-  
ta, planum atque directum catholicæ veritatis iter  
aspiciat. Verum hoc Dei Opt. Max. opus est, quem  
precari semper oportet, vt isthæc pro suæ volun-  
tatis arbitrio perficiat. Porro autem de Gennadio,  
admonuisse sufficiat, eum, ipsum esse autorem, qui  
sessione vltima Florentini Concilij Georgius Scho-  
larius dicitur, qui & in eodem Concilio celebres,  
pro ineunda cum Latinis concordia orationes, ad  
Græcos habuerit, qui denique doctissimus, non à  
priuato quopiam laudatore, sed ab vniuerso Cõ-  
cilio nominari meruerit. Verū hac de re fusius ipse  
etiam interpret eloquitur. Superest vt si quid ego  
laboris, si quid operæ aut industriæ ( quod minime  
diffitetur interpret ) in huius operis recognitione  
posuerim, si quid in communē omnium vtilitatem  
contulerim, totum id Deo bonorum omnium auto-  
ri, charissimus in Christo lector adscribat.

INDEX

AUCTORVM

QUI SVNT APVD  
GENNADIVM.

**A**mbro- Athanasius.  
sius: Augustinus.  
Anacletus Pa-

B

pa.  
Anastasius Sy- BASILIUS.  
naites.

C

Andreas ar-  
chiepiscopus CANTICA.  
Cretæ. Concilia. pri-  
Apostolorum mum. secundū.  
constitutio- tertium. quar-  
nes. tum

tum. quintum. **D** Amasus Pa  
sextum. septi- pa.

mū. octauum. **D** David prophe-  
Chalcedonense. ta.

Constantinopo **D** Decretum.

litanum. Ephe- **D** Dionysius A-  
sinū heretico- reopagita.

rum. Florenti- **E**

num. Lugdu- **E** **E**cclesia ca-  
nense. Nice- tholica.


num. Sardi- **E**cclesia græca.

cense. **E**cclesiastes.

Constantinus **E**piphanus Cy-  
Imperator. pri Archie-  
Cyprianus. scopus.

Cyrillus. **E**saias

**D**



*Esaias propheta.*

*Exodus.*

*Ezechiel propheta.*

**F**

**F** *Elix Papa tertius.*

**G**

**G** *Gregorius Dialogus Papa.*

*Gregori<sup>o</sup> Nazianzenus.*

*Gregorius Nysenus.*

**H**

**H** *Ieremias propheta.*

*Hieronimus.*

*Hilarius græc<sup>o</sup> auctor.*

*Hormisda Papa.*

**J**

**J** *Iacobus minor Apostolus.*

*Innocentius*

*Papa primus.*

*Ioannes Chrysostomus.*

*Ioannes Climacus.*

**Io-**

<i>Foannes euan-</i>	<b>M</b>	<i>Alachias</i>
<i>gelista.</i>		<i>propheta.</i>
<i>Foannes Da-</i>		<i>Marcellus</i>
<i>mascenus.</i>		<i>Papa.</i>
<i>Job.</i>		<i>Marcus euā-</i>
<i>Foel propheta.</i>		<i>gelista.</i>
<i>Jndith.</i>		<i>Marcus E-</i>
<i>Justinianus Im-</i>		<i>phesi Episco-</i>
<i>perator.</i>		<i>pus hæretic⁹.</i>
<b>L</b>		<i>Eius epistola</i>
<b>L</b>		<i>ad omnes gen-</i>
<b>LEo Impera-</b>		<i>tes, &amp; enco-</i>
<b>tor.</b>		<i>miū in Heliā.</i>
<i>Leo Papa.</i>		<i>Matthæuse-</i>
<i>Lucas euange-</i>		<i>uangelista.</i>
<i>lista.</i>		<i>Maximus.</i>
<b>M</b>		<i>Ni-</i>



**N**

**N**Icephorus  
Callistus Xä-  
topulus.

**N**icolaus Pa-  
paprismus.

**N**icolaus Pa-  
paquintus.

**N**umeri.

**P**

**P**Aulus apo-  
stolus.

**P**elagius papa.

**P**etrus aposto-  
lus.

**P**rouerbia Sa-  
lomonis.

**P**salmi.

**R**

**R**Egum libri.

**S**

**S**Apientia.

Sapiens quidā.

Symeon Me-

taphrastes.

**T**

**T**Arasius Cō-  
stantinopo-  
litanus Pa-  
triarcha.

**T**heo-

*Theodoritus.*      **V**itæ sancto  
*Theodorus Stu*      rum Pa-  
*dites.*                      trum.  
*Theophanes.*              **Z**  
                                    **Z**Onaras.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

1  
GENNADII  
SCHOLARII PA-  
TRIARCHAE CON-  
STANTINOPOLITANI  
EXPOSITIO

*Pro sancta, & œcumenica Synodo Florentina, & de-  
fensio quinque capitum, quæ in decreto eius  
continentur, ad Græcos.*

Fabio Benevolentio Senensi interprete.

PROOEMIUM.



I M A G N V M religionis  
mysteriũ pura mente, & sin-  
cera dispositione adhibita,  
fuerit perquisitum, mentis  
oculos, & corporis explanat,  
atq; aperit, solaribusque ra-  
dijs clariores reddit: ac velu-  
ti ij desuper in terram procumbentes, nõ pla-  
nas tantum vias, sed etiam abditos, & obscuros  
angulos illustrant: sic & mentis oculi veritate  
subnixi, nec rerum distortarum præsumptio-  
ne obtenebrati, non solum quæ sunt recta, &  
facilia scripturæ percipiunt, diuino præeunte  
auxilio, sed etiam quæ in intimis sensibus ora-  
tionis absconduntur, exacte intelligunt, & ad  
rectum sensum perducunt, atque vt percipi-  
antur

*Proverb. 8.* antur efficiunt; quemadmodum Sapientia di-  
*non ita peni-* cit: Omnia recta sunt intelligentibus, & aqua  
*tus ad vers-* inuenientibus scientiam; nec est in eis quid  
*bum in vul-* prauum, neque peruersum. Nos igitur senten-  
*gata.* tiam nostram omnibus declarare cupientes,  
 veritati confidimus, & religionis dogmati nos  
 ipsos committimus. hortamur autem vos, ne  
 subdole, & inuidiose orationem nostram per-  
 scrutemini, sed pura mente & conscientia: non  
 enim de minimis agitur, o amici; verum de  
 magnis rebus, ac diuinis, quamquam inter-  
 nunciarius imbecillis est, & infirmus, vt ecclesi-  
 asticam proponat concordiam, quæ contigit  
 diebus nostris; quam multi mortales ante nos  
 videre exoptarunt, nec viderunt. Quid igitur?  
*Psalm. 70.* quoniã literaturã non cognoui, ingrediar in  
 potetias Dñi; & ego cū Dauid exclamabo: & lin-  
*Psalm. 34.* gua mea meditabitur iustitiã eius. Sed quãuis  
 à quibusdam oppugnemur, dicentibus, nos  
 non diuino ductos zelo Florentinam syno-  
 dum amplexari, immo potius temporaria du-  
 ctos gloria in eam transfigurari: quodq; mu-  
 neribus, & pollicitationibus suasi, eam indui-  
 mus, aliaque multa dicenda tacenda conuici-  
 antur (O tuam patientiam omnium rex, vulgi  
 temeritas insolens verba effundit aduersum  
 Deum blasphemix plena, in nostram fidem, &  
 in Deum contumeliosa, ac si ethnici essemus):  
 non tamen vt sileamus nobis persuadebunt;  
 sed ad oculum qui omnia videt conuertemur,  
 & ad illud incorruptum tribunal mentis aci-  
 em dirigemus; vbi nobis non oberit temere  
 hic

hic effusa accusatio; ibi enim accusatoribus nō est opus; quemadmodum neq; eorum qui inconsulte gratificantur coniuratio proderit, nō enim ibi est opus aduocatis. In illud igitur, cui nihil est occultum tribunal inspicientes, omnes contumelias floccifacimus: immo vero sententiam nostram nudo capite, & audacter prædicabimus. Id tantum de nobis omnes scire velim, quod omne si quid à nobis dictum, aut factum est, & quæ in præsentia instituo, Dominus scit, si id pro ecclesiastica concordia constituenda gestum est, non vt aliquid ex nostris consuetudinibus, vel dogmatibus abrogaremus; sed quicumque ad hanc ecclesiasticam pacem descendit, & decretum Florentini concilij recipit, quasi consuetudines, & dogmata nostra damnarit, ecclesiamque Romanam orientali & nostræ præposuerit, nec vtrique eundem honorem exhibere voluerit (cum vna tantum sit ecclesia, vnamque fidem, & religionem prædicet) decidat is à Christi regno, Iudeq; proditori & crucifixoribus eius annumeretur, quandoquidem nostra ecclesia eandem prædicat fidem, quam Romana ecclesia confitetur, & tenet: nec vmquam à solò patre procedere spiritum sensit, neq; in pulpitis prædicauit, neq; in azymo sacrificium est aspernata. absit: neque animarum purgationem vtcumque abnuitt; sed neque sanctorum fruitionem reprobat, neque Romanum Pontificem rejicit, quasi nō sit totius ecclesiæ caput, vt postea declarabitur, capitibus singulis suam assignando responsionē.

Sed à quibusdam litigij, & contentionis studiosis ea dicta sunt, & scripturæ madata: quos vulgi temeritas sequens, conuicia, & contumelias aduersus Romanam effundunt ecclesiam, & aduersus nos, qui eam sequimur. Ad nos prædictum iusiurandum, quasi orationis nostræ fundamentum præstruentes, orationem resumamus, asserendo nos diuino zelo, & quia vera est, synodum hanc integre tenere: non autem humanæ gloriæ gratia eam amplectimur, neq; muneribus corrupti, vt ipsi dicunt, eam suscipiendo firmiter apprehendimus; sed veluti Christi sententiam, & doctorum ecclesiæ. Si vero ignorantia & prauitatis morbo ægrotantes dicere audent, quod quæ à synodo gesta sunt, non secundum mentem, & sententiã doctorum ecclesiæ gesta sunt: immo contra se se habet, magisque quam si tonitruum ederent, videtur sacri doctores hæc scriptis tradere; ab ijsque nos hanc sententiam, & fidem didicisse confitemur, ac pro ea prædicando pugnamus; eamque vsque ad extremũ spiritum inuiolatam seruare ex optamus; & vna cum ea occumbere speramus; & corã saluatore Christo Deo cum ea in iudicio sisti, & cum ea in sempiternum, quocumque dabit Deus (qui omnia conspicit, nihilque ei absconditum est) mitti: nec ad homines, sed ad Deum respiciendo, hanc concordiam, & ecclesiæ vnionẽ amplexari oportere existimauimus. Quod si aliquibus nõ videtur, nihil ad nos; quia nos

quod

quod debemus efficiamus. vos vero quid dicitis, qui sacrā synodum non recipitis? Non est eius decretum secundum doctorum sententiam. At nos contrarium demonstrabimus, non ex nostro sensu, ne absurda dicere videamur: (quis enim persuadere vobis aliquid possit, si sua tantummodo argumenta in medium attulerit?) sed ex diuinorum patrum, & ecclesie doctorū, non occidentalium tantum, verum etiam orientalium; quorum dicta etiam infernus reueretur, tamquam à sacro, & diuino spiritu illustratorum. Ac primum quidem quinque ex nostris criminantur; immo non ex nostris, sed ex ecclesia: nam ecclesia in suo decreto veluti Stentor omnibus viribus clamat. Primum, quod sanctus spiritus ex patre, & filio procedit, idque ipse filius à patre accipit: Cuncta, inquit, enim quæ habet pater, in generando tribuit filio, præterquam esse patrem. Secundum, quod sacrificium per azymū, vel fermentatum, vnum & idem est, quodque sanctissimum Christi corpus in vtrisque conficitur partibus. Tertium, quod animæ illorum qui in pœnitentia moriuntur, purgatorijs pœnis post mortem purgantur, & fidelium viuorum suffragijs iuuantur; idque propterea quod antea de peccatis suis satisfacere nō potuerunt. Quartum, quod sancti sunt in gloria Dei quatenus animæ, Deumque ad faciem vident, & eius lætantur visione: & rursus in gehennam peccatores ire clamat. & quem-



admodum illos beatitudo latificat, sic & hos a die exitus eorum, ignis comburit. Quintum, quod Papa, siue summus Pontifex Romanæ sedis apostolicæ, caput est totius ecclesiæ, beati Petri principis Apostolorum successor, (& verus vicarius domini nostri Iesu Christi. Ecclesiæ vero aduersarij, ecclesiam reprehendunt, quod ea quæ vera non sunt, senserit, & decreto prolato apostolicis & rubris litteris ea sibi arrogauerit: nobis autem ecclesiæ ab ijs oppugnata, neq; patrocinari conuenit, neque possibile est, cum fortem aduocatum secum habeat Christum Iesum, & suam veracem promissionem firmiter obtineat, id est, quod portæ inferi non præualebunt aduersus eam, quodque cum ea erit usque ad mundi huius consummationem; & quod solida petra est, in quam qui offendunt peribunt, sine qua salutis nulla spes est. Cum igitur sponsum ipsum secum habeat, illi non est opus aduocatis: nobis magis opus est, qui ab ijs, quasi male gesserimus, unionem cum Latinis recipiendo inculsamur. Et quia nos tamquam ignorantes reprehendunt, & veluti perditos damnant, & (proh dolor) nos lugent, & ut hæreticos auersantur, ab his igitur coacti hæc conscribimus, ut nos inculpatos, & hac reprehensione, & calumnia indignos, & Dei Gratia orthodoxos ostendamus: immo eos maioris pœnæ & damnationis reos, quam cuius nos illi temere, & superbe condemnât. Ac primum quidem Dei gratiam perquiramus, perinde ac ni-

*Matth. 16.*

*Matth. 28.*

*1. Pet. 2.*

hil proferre valeamus, nisi is ante nobis os aperuerit. ipse est enim qui dicit: Et siue me nihil potestis facere; postea (quantum nostræ mentis exiguitas patitur) in medium proferentes criminibus obiectis respondebimus. non syllogismos adhibendo; (quippe & illi vere dicunt fidem nostram syllogismis non constare: neque nos id efficere valeamus) sed sanctorum ecclesiæ doctorum testimonijs vtemur. Cæteris ergo omiſſis, à primo theologo exordiar domino nostro Iesu Christo, in primo capite, in quo nos accusant, quod spiritus sanctus non procedit etiam à filio, sed à patre tantum. Sic vtique hi dicunt, & (vt aiunt) rectissime tradunt, ac vera credunt. at quia nos etiam à filio procedere dicimus, aduersari nos sanctis dicunt & Christo dicenti; qui à patre procedit. hoc ipsi asserendo se iustificari putant: nos vero cum caritate, & pace Deo opitulante ostendemus, etiam à filio spiritum sanctum procedere, quemadmodum sane, & à patre, non in ira contumeliosi, sed discipuli eius, qui dicit: Pacem sequimini, nec irascamini cum loquimini. Ioann. 15  
Heb. 12

**SPIRITUM SANCTUM PRO-**  
cedere ex filio, non ex patre tantum, vt aiunt, qui Synodum non sequuntur.

Ioan. 16.

**INC**IPIENDVM igitur ab eo est, qui primo theologiam hanc veritatem reuelauit. hic enim apud Ioan- nem Euangelistam cap. xvi. ad discipulos suos sic ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à se- metipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis; ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annun- tiabit vobis. Num habetis quid ad hoc respō- deatis, vos qui contrarium sentitis? etiam in- quunt: cognitionem accipit, verba, accep- tionem, audit à filio, vt filius à patre sapien- tiam, & reliqua. Et nos ita dicimus: sed quia multa intelligere in Deo fas non est, ne com- positum eum intelligamus, vnum accipere di- cimus, essentiam, quæ sapiens est, & bona, & alia. propterea si sapientiam accipit, nil aliud nisi ipsum esse accipit. audiet ergo spiritus sanctus, id est, ab eo audiet à quo procedit; illud audire, cognoscere est, cognoscere autem, esse. quoniam igitur à se non est, sed à quo proce- dit; à quo prouenit ei essentia, ab illo cognitio: ab illo ergo & auditio, quod nil aliud est, quàm essentia. Sæper igitur audit spiritus sanctus, quia semper cognoscit, & cognoscet: iccirco audiuit, audit, & audiet: nam, vt diximus, id est ei audire quod cognoscere, & cognoscere ei i- dem

de est, quod esse. ab eo igitur audiuit, audiet, & audit, à quo est: ab eo autem est, à quo procedit. Sed ne dicere possint, quod in eo pronomine, meo, cum dicitur, quod de meo accipiet, intelligitur, patre, infra in eodem capite coniungit, dicens: omnia quæcunque habet pater, mea sunt. propterea dixi vobis, quod de meo accipiet & annunciabit vobis. cum vero dixerit; omnia quæcunq; habet pater, mea sunt, occlusit omne os volens excludere etiam filium esse principium essentia sanctissimi spiritus. Quod autem verum sit, cuncta quæ habet pater, ea & filium habere, ipse id testatur cum dicit: Pater omnia tua mea sunt, & mea tua. Et Ioannes Damasci refulgens sydus ait: Omnia quæcunque habet pater in generando tradidit filio, præterquam esse patrem. ergo si pater quatenus pater producit spiritum, & filius hoc modo communicaret patri, esset spiritus ipse, filius: & filius vna cum patre duo patres spiritus: & hoc pacto filius cum patre non communicaret essentia spiritus. nunc vero non producit hoc pacto pater spiritum, sed quatenus productor: neque filio opponitur quia ipse quoque sit causa spiritus: nam si quæcumque habet pater, habet & filius, & nihil remanet patri, quod filius non habeat; habet autem pater productionem spiritus; id ergo habet & filius. ex hoc denique aperte ostenditur, quod non solum à patre est spiritus, sed & à filio. Huius rei testis est omnium docto-

*Ioan. 17.  
Damasceni.*

*Cyrilli.*

rum scriptura, & maximus Cyrillus totum hunc locum egregie interpretans, & verba prædicta: attente animaduerte quæ dicit. Ecce enim ecce spiritum veritatis, id est, sui ipsius paracletum dicens, à patre procedere eum dicit; nam quemadmodum proprius est spiritus filij, cum naturaliter in eo sit, & ab eo procedat; sic etiam patris est proprius. quibus autem spiritus est communis, inter hos & ea quæ ad essentiam pertinent, non erunt diuisa. neque nos quorundam verba perturbent, qui ob inscitiam impie de religione sentire solent, & loqui, quæ neque fas est cogitare, quasi filius ordinem aliquem adimpleat ministrandi, & patris spiritum creaturæ ministret; quippe cum neque id quidam insulse dicere reformidarint; magis credere consequens est, quod quia proprius est eius, quemadmodum utique Dei, & patris; ideo ad sanctos suos discipulos sanctificandos eum mittit. Audis tu qui contradicis admirandum & magnum patrem hunc, Cyrillum illum dico? quemadmodum, inquit, filij proprius est, non per modum ministrandi: sed naturaliter in eo est, & per eum procedit; sic & in patre euenit. Si igitur quomodo est filij, est & patris spiritus, superest nos intelligere eum etiam ex filio procedere: nam sanctus hic dicit, quod uti est filij spiritus, & per eum procedit, eodem modo & ex patre: neque te intelligere oportet filium, vsum aliquem ministrandi ad-

im-

implere, & mittere à patre spiritum creaturæ, sed naturaliter. Si enim per modum ministrandi, non naturaliter, mittit spiritum filius, ergo & pater per modum ministrandi habet spiritum, non naturaliter: quia quomodo intelligitur de filio, ita intelligitur de patre, secundum sancti huius sententiam; patrisque, & filij communis est spiritus, quia non sunt separati essentia pater & filius. Si ergo commune est, quo modo de patre dicitur, eodem & de filio. quare si de patre dicitur quod ab eo procedit ( non enim aliud possumus intelligere ) dicitur autem & filij spiritus, ergo & ab eo procedit. Si vero dixerit quis, quod secundum consubstantiale de filio dicitur, nec potest dici secundum causam, diceretur (inquam) pater & filius ipsius spiritus; quia vnius essentia sunt tres personæ: at id non dicitur. Damascenus tibi nares conterit capite octauo suæ theologiæ: Filium, dicit, neque spiritus dicimus, neque ex spiritu. Et Gregorius Nyssenus tertia homilia super *Nysseni.* Pater noster, occludit tibi oculos: filius, inquit, spiritus neque est, neque dicitur. neque hæc relatiua consequentia conuertitur, sed spiritus filij dicitur; quia ab eo accipit, ab eoque procedit, & ex eo est quemadmodum ex patre. Itcirco sanctus hic Cyrillus inquit, proprius eius est vt Dei & patris. quo pacto proprius est patris? quia ex eo habet esse, & procedit; hoc idem te intelligere oportet, quod

*Eiusdem.*

quod & ex filio procedit, quia proprius eius  
 est, quemadmodum & patris. Et paulo post  
 hic idem sanctus in eadem expositione ait: Pro  
 prium filij dicimus paracletum, id est spiri-  
 tum sanctum, non extrinsecus ingredientem,  
 neque aduentitium in eo, vt in ijs euenit, qui  
 sanctitatem suscipiunt, & ex non entibus ge-  
 nerantur; sed consubstantialis ei sane vt & pa-  
 tris: non enim loquitur à semetipso, sed qua-  
 cunque audiuerit, quando igitur venerit ille,  
 id est, paracletus spiritus veritatis, docebit vos  
 omnem veritatem. animaduerte quam vigi-  
 lans prouidaque sit vox, vide nominis sobrie-  
 tatem. nam cum prædixisset super eos ven-  
 turum paracletum, spiritum veritatis eum ap-  
 pellauit, id est, suimet. ipse enim est veritas; ve-  
 rum vt discipuli scirent non esse alienum, &  
 extraneum illius aduentum, sed se ipsum ali-  
 ter exhibiturum pollicetur, spiritum verita-  
 tis, id est, suimet paracletum vocat: non enim  
 ab vnigeniti essentia alienus sanctus spiritus  
 intelligitur: procedit autem naturaliter ab ea,  
 cum nihil aliud præter eum sit quo ad iden-  
 titatem naturæ; & si potest intelligi proprio  
 subsistendi modo. Et post alia: Quando igitur  
 venerit ille, non loquetur, inquit, à semetipso;  
 sed neq; nouam vos docebit doctrinam. non  
 enim leges fert. sed quia spiritus, & quasi mea  
 mens est, loquetur cuncta quæ sunt in me. Et  
 post pauca: Quia omnino ex mea essentia spi-  
 ritus est, & quasi mea mens: is ventura dice-

re non potest, nisi omnino in me sit, & per me  
 procedat. Super illud, Ille me clarificabit, quia  
 de meo accipiet, & annunciabit vobis. Clari-  
 ficat ergo filium paracletus, id est, proprius ip-  
 sius spiritus, quia omnia potest, & omnia scit.  
 quomodo vero clarificat? quæ enim scit, & po-  
 test eius spiritus: quomodo ipse utique non  
 sciuerit, vel poterit? & si, ut ipse dicit, ab eo spi-  
 ritus accipit, atqui omnia potest, & perficit,  
 quomodo ipse vim, & robur in omnibus non  
 habebit? Et paulo post: Quoniam consubstan-  
 tialis est filio, & ex eo ut Deum decet procedit,  
 omnem suam in omnibus perfectissimam o-  
 perationem habens, & vim, ideo dicit, de meo  
 accipiet. Et post alia: Irreprehensibile igitur  
 omnino erit, & extra omnem contumeliam  
 positum, si ab vnigenito quid accipere dicatur  
 eius spiritus; nam ab eo naturaliter procedens  
 ut eius proprius, cum omnibus quæ habet,  
 perfecte accipere sua dicitur. Et post pauca:  
 Hoc etiam mihi naturaliter adest, propter hæc  
 dixi causam, quia de meo accipiet, & annuncia-  
 bit vobis. nemo in his perturbetur cum accep-  
 tionis nomen audiuerit; id potius consideret  
 ( ita enim recte egerit ) quod omnia quæ ad  
 Deum pertinent, proferuntur quidem more  
 nostro, at non ita intelliguntur, sed supra cap-  
 tum nostrum: itaque accipere spiritum dici-  
 mus à patre, & filio, quæ eorum sunt, non  
 tanquam aliquando in sitam in ijs sapientiam  
 & potentiam non habuerit, tunc vero tandem  
 habe-



, habeat cum intelligitur accepisse. Semper nā-  
 , que sapit, & potest spiritus, immo est ipsa sapi-  
 , entia & potentia, non ex participatione ali-  
 , qua, sed natura. Et post alia: Cum fructus igi-  
 , tur, & nota sit personæ generantis filius, om-  
 , nia quæ habet secundum naturam secum ad-  
 , ducit, ideo dicit; omnia quæcunque habet pa-  
 , ter, mea sunt. iccirco dixi vobis, quod de meo  
 , accipiet, & annunciabit vobis, spiritum vi-  
 , delicet qui per eum, & in eo est, per quem in  
 , sanctis ipse inhabitat; non enim est aliud præ-  
 , ter eum spiritus eius; quamuis esse per se in-  
 , telligatur, & proprie spiritus. spiritus enim  
 , spiritus, & non filius est. Audisti huius mag-  
 , ni patris sententias, vel vt melius dicam, instan-  
 , tias, & tela præacuta aduersus eos, qui non ex  
 , filio etiam procedere spiritum asserunt? quia  
 , partim per eum prodeuntem dicit, partim ab  
 , eo prodit, quemadmodū & à patre: & rursus  
 , natura insitus ei, & per eum, & ex eo progredi-  
 , tur, profluit, & procedit, veluti sane in ipso, &  
 , Deo, & patre intelligitur. quid aliud quam ve-  
 , ritas apertissima dignoscitur, quia ex filio spi-  
 , ritus est, & ex eo, & per eum, vt sanctus hic  
 , multis in locis scribit? Vnde ergo ostendere  
 , poteritis vos, quod ex solo patre spiritus est?  
 , cum sancti omnes concordissime (vt paulo  
 , post ostendemus) dicant, & omnes ex filio  
 , procedere decernant? Itaque credatis nobis,  
 , qui recte consulimus, immo non nobis, sed ve-  
 , ritati. nec ita superbe nos inculcate, veluti in scij  
 , simus, vel ignari, & propterea synodo parentes,

nam sanctos omnes vidimus, rationibusque eorum suasi, easque sequentes nos Latinis adiunximus. immo non latinis, sed solidæ, & veræ Petri fidei & sanæ theologorum, & diuinorum eorum virorum doctrinæ, qui in ea synodo excelluerunt: quibus Ephesi episcopus sui incertus, nec eorum obiectionibus respondere valens, ignaue effugit, fratre Ioanne, qui cum eo disputabat, acclamante: Adducite huc Ephesum, vt eius responsiones audiamus; quas in quadam sessione edidit, synodū deuigans. synodus vero eum euocabat, vt ingrederetur; at is morbum simulauit. Et rursus sessione coacta frater Ioannes aiebat: Accedat huc Ephesus, accedat. non enim fas est eum loqui, at nostras responsiones non audire: rursus synodus eum canonicè vocauit, sed non paruit. quare eo vocato, nec parète, synodus decretum tulit: is vero in contradicendo persistebat, non palam, sed in angulis. itaque hostis sacre synodi declaratus est. sin autem in tempore ad disputationes accedebat, sanctorum auctoritates non approbabat, corruptos, & adulterinos, vetustos, sacros, & diuinos doctorum codices dicens. At is quidem extinctus est, osque illud aduersus sacram synodum infrendens, quo pacto extinctum sit, & dedecore oppletum suæ amaræ resolutionis tempore, cognitum ijs est, qui vera dicere didicerunt. Nos vero prædictas magni Cyrilli auctoritates habentes super illud; de meo accipiet, & sacram hanc synodum eadem docentem in suo quod

edidit

*F. Ioannes  
hic, est Iustus  
recrematus,  
qui postea  
Cardinalis*

edidit decreto, audientes, & ab eo cōfirmati, spiritum sanctum à filio etiam procedere, synodo nos adiunximus. nam cum Christus dixerit, quod de meo accipiet, nil aliud ostendit nobis, nisi quod etiam ab eo procedit: non enim possumus aliter intelligere, quia à quo spiritus accipit, ab eo etiam esse habet; à quo habet esse, ab eo, & procedit; accipit autem à filio, & habet esse ab eo vt dicimus, & sacer Bar filius declarat: ergo & ab eo procedit. hoc igitur pacto, & alias sanctorum auctoritates clare voluissimus dicere, deinde explanare. Sed cum nos duo efficere proposuerimus; partim quia cum breuibus rem exponere polliciti sumus, in immensum nostra excrescere potuisset oratio: partim quia aduersarij meis dictis fidem non adhibuissent, si ea latius explicando contexerem: iccirco oportunum mihi visum est, seorsum tantum, sanctorum auctoritates proponere: ad eos coarguendos, qui sacra synodo volunt contradicere, ad stabiliendum vero, & confirmandum eos, qui eam pie sequuntur, paucis quibusdam de meo in singulis dictis, allatis.

## SECTIO. II.



MNE verbum, sacrum dicit Euangelium, in duobus, vel tribus testibus itabit. num fidem adhibebitis vos si pluribus testibus vtemur? non arbitror

ror, cum vos falsa suafione, & praesumptione  
 prauitati admitta permoueamini. iccirco tri-  
 um vice quos Christus enumerat ter vndecim  
 addam, ne de cetero locus contradicendi relin-  
 quatur, vel quid minimum aduersus nos elo-  
 quendi. Nam magnus Gregorius Nyffenus in  
 quarta homilia in expositione super pater no-  
 ster, quae incipit, Qui vmbra futurorum. haec  
 inquit: Vnigenitus filius ex patre à sacra scri-  
 ptura nominatur, & hucusque verbum suam  
 constituit proprietatem. Sanctus autem spiri-  
 tus, & ex patre dicitur, & ex filio praeterea esse  
 ostenditur. Si quis spiritum Christi (dicit) nō  
 habet, hic non est eius. Audis quod ex filio e-  
 tiam esse testatur? & si quidam, vt solent impij,  
 & aduersus propriam salutem ingeniosi, verbū  
 ex quibusdam libris stylo ferreo adhibito de-  
 leuerunt: quidam tamen reperiuntur codices,  
 qui aduersus adulterantium libros audaciam  
 clamant. Vbi est igitur, qui dicit ex solo patre,  
 Ephesius ille mente commotus vna cum suis  
 antecessoribus? accedant, & nobis ostendant  
 vnde hoc acceperunt, à Christo ne, an à san-  
 ctis? nam aperte Christus hic contradicit, &  
 sancti. Christus ergo dicit, de meo accipiet. Sā-  
 cti, ex filio spiritum esse à sacra scriptura osten-  
 ditur. si ergo sanctus hic ex filio dicens spiri-  
 tum. vera loquitur; mentitur Ephesius & eius  
 antecessores, dicentes ex solo, nam ex solo esse,  
 destruitur dicendo & ex filio. Quod vero ex fi-  
 lio spiritus accipit, & habet esse, magnus Basili-

*Gregorij  
 Nyffeni 1.*

*Pauli ad  
 Rom. 8.*

*Basiliius. 2.* us in tertio aduersus Eunomium testabitur, cuius principium: Vix tandem exsaturatus aduersus vnigenitum blasphemijs. In eo tractatu dicit: Quæ necessitas vrget, si auctoritate & ordine tertius est spiritus, eum natura etiam tertium esse? quod auctoritate quidem secundus à filio sit, & ab eo habeat esse, & ab eo accipiat, & annunciet nobis, & in summa ab ea dependeat causa, religionis ratio traditur. Audisti caelestem patrem hunc? cum ab eo (inquit) habeat esse, & ab eo accipiat. Vidisti vt omnia nostro sensui consentanea sunt vna cum sancti Cyrilli auctoritatibus? & q̄ idem est accipere à filio, & habere esse ab eodē? vbi est qui dicit ex solo? si enim ex filio accipit, & ab eo habet esse spiritus, vt sanctus hic dicit, ergo non ex solo patre; sed manifestum est, quod & ex filio. ergo iniuria nos reprehenditis, o amici, & fratres. Sed huius magni patris frater, Gregorius inquam Nissenus in primo libro aduersus Eunomium, qui incipit, Non licuit vt videtur in omnes beneficium conferre. hæc inquit: Quo pacto ante consideratur persona secundæ causæ rationem, eodem modo & spiritus, ordine tantum secundum causam & causatum distinctionem habens. nam quemadmodum filius coniungitur patri, & quamuis ab eo esse habeat, non tamen secundum essentiam posterior est: ita & vnigenito spiritus sanctus iungitur, intelligentia tantum, secundum principij rationem, considerato ante personam spiritus.

*Nisseni 3.*

tus. Vides vt etiã sanctus hic cū antedictis concordet, & vt distinctionem diuinarum personarum constituere volens, causã tantum distinguit eas? quo pacto, inquit, consideratur pater ante filium ratione causæ, eodem etiam consideratur filius ante spiritum causæ ratione. hoc idem est ac si diceret, filius ex solo patre, vt solo antea considerato quam filius. quem enim alium potest ante se consideratum habere? spiritus autem sanctus ex patre, & filio; quasi pater videlicet, & filius ante eum considerentur. Itaque vere concluditur ex patre, & filio procedere spiritum sanctum, etiam si vobis displiceat: nam personam patris ante filij personam considerari, idque causæ ratione: personam vero filij ante personam spiritus sancti ratione quoque causæ, nihil aliud ostendit, quam quod solus pater causã filij est: filius autem id à patre accipiens, sicut alia naturalia bona eius, & ipse causã est spiritus sancti. itaque pater, & filius ambo vna causã sunt processionsis spiritus sancti. iccirco sanctus hic dicit, quemadmodum iungitur patri filius secundum causæ rationẽ, solo intellectu persona eius antea cõsiderata; sic verũ dicimus cum dicimus spiritũ esse ex filio. In actis vero primæ synodi scriptum est, spiritũ sanctum ex patre procedere: proprium autem eum esse filij, & ab eo scaturire. Audis? ab eo inquit scaturire, tamquam à fonte, videlicet ex eius persona, propriumque eius esse. quid significet consideremus, fratres, neque

*Ex actis primæ Synodi*

4.

*Cyrilli 5.  
Matth. 10.*

doctoribus repugnare velimus. Quod si dixerit quis proprium eum esse filij propter consubstantialitatem; reputet quod etiam filius diceretur ipsius spiritus, secundum consubstantialitatem. sed id vel cogitatu tantum est absurdum. doctores dicunt, filius neque ipsius spiritus est, neque dicitur: spiritus filij, maxime. At Cyrillus Alexandrinorum Pontifex in epistola ad Nestorium, quæ incipit, Cum Salvator noster. manifeste dicat, Qui amat patrē, vel matrem plus quam me, inquit: Et si spiritus in hypostasi est propria, intelligitur quoque per se, quatenus spiritus est, non filius; non tamen ab eo alienum est. nam spiritus veritatis nominatur, & Christus est veritas, & ab eo profluit; quemadmodum utique à Deo, & patre. Audis profluit, inquit, quemadmodum & à patre. Sed profluit (inquit) dixit sanctus, non procedit. Nos vero statim eis respondemus, quod idem magister explanat, quid profluere denotet, secundū eius sensum in expositione diuini symboli, ubi dicit: Perfecto de Christo tractatu, beatissimi patres de spiritu sancto mentionem faciunt. nam credere in eum dixeruntque, madmodum sane in patrem, & filium, quia consubstantialis eis est, & profluit sane, id est, procedit, veluti à fonte ex Deo, & patre: exhibetur vero creaturæ per filiū. insufflauit ergo in ipsos apostolos dicens, Accipite spiritum sanctum. Ex Deo, & Deus spiritus est, nec à quacūque; suprema substantia alienus; sed

*Joan. 20.*

ex ea, & in ea, & proprius eius. hæc igitur est sanctorum patrū recta, & minime errans fides, siue fidei confessio. Vides quid profluere significet secundum sanctum Cyrillum? & quid est profluere, & procedere? quo pacto vos omnino audetis dicere, aliud esse profluit, aliud procedit? & calumniamini sanctum hunc, & nos? Reconciliamini rogo fratres, reconciliamini. Idem diuus Cyrillus in expositione in prophetam Ioel: Effundam de spiritu meo in omnem carnem, hæc inquit: Profecto Deus, & ex Deo secundum naturam filius: genitus enim est ex Deo, & patre. proprius ipsius, & in ipso, & ab ipso spiritus est, quemadmodum sane in ipso Deo, & patre intelligitur. Animaduerte hic dilecte, proprius inquit eius, & ex eo spiritus est, quemadmodū & ex patre, Idem in tractatibus per interrogationem, & respōtionem aduersus Palladium proxime à principio inquit: Mutabilis spiritus non est, vel si morbo mutabilitatis ægrotaret, ipsi diuinæ naturæ hic defectus adscriberetur, siquidem Dei, & patris, nec non & filij est, qui essentialiter ex utroque, scilicet ex patre per filium profluit spiritus. Audisti & hic essentialiter ex utroque, id est ex patre per filium; quid aliud potest intelligi, præterquam quod ex patre, & filio procedit? at iactabundus dices, non poni ex patre, & filio, sed simpliciter ex patre per filium confitemur: ex patre vero, & filio nequaquam: quia dictio, per, causam non significat. hoc & in faciem quidam nobis dixerunt. o præsumptionem

*Cyrilli 6.**Ioel. 2.**Eiusdem 7.*



tionem, quæ vos videre congruentia non finit. Nonne per verbum, per, causam possumus intelligere, vbi dicit sanctus Ioannes Euangelista, omnia per ipsum facta sunt? quis negauerit vquam hic dictionem, per, esse causam, & per eam filium, creaturæ causam intelligi. Quod vero idem denotet dictio, per, &, ex, Basilius & Chrysofomus in expositione Genesis sentiunt, vbi dicit Adam: possedi hominem per Deum, idem est, ac si diceret, ex Deo: vnde alter in tractatu per capita ad Amphiloichium ita explanat, & dicit: iam vero secundum promiscuam significationem, dictio, per, transit sæpenu-mero in dictionem, ex, quia altera alterius significationem sibi vendicat: vt possedi hominẽ per Deum, æque ac si diceret, ex Deo. alter vero in 53. in Matthæum homilia dicit: Nam scriptura solet, per quem, dicere, ex quo: velut cum dicit: possedi hominem per Deum, non secundam causam, sed primam magis apponendo. & iterum: nonne ex Deo declaratio eorum est? & beatus Cyrillus in Epistola ad Nestorium, quæ incipit, Nugantur, vt audio quidam. inquit: Necessè est confiteri, quod secundum carnem ex muliere natus est: Et post pauca; genitus est secundum nos ex muliere. sæpiusque in eadem epistola reperitur eum promiscue vtri præpositionibus his, vt indifferentibus, & idem significantibus, scilicet, per, &, ex. Paulus Apostolus ad Galatas ait: Misit Deus filium suum factum ex muliere. Et rursus idem alibi. Vnus Deus, & pater, inquit, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus,

*Ioann. 1.**Genesis 3.  
Basiliij.**Chrysofomi.**Cyrillie**Ad Gal. 4.**Ad Ephes.*

4.

Iesus, per quem omnia, & vnus spiritus sanctus, in quo omnia. Nonne ergo in his possumus intelligere, vnum factorem, & opificem, & principium omnium, tres personas, vt quæ sint vnus Deus? vnumque principium dicemus, patrem, & filium, & spiritum sanctum, per has præpositiones ex, per, & in? per ex, patrem, vt principalem: per dictionem per, filium, vt opificem: per in, spiritum, vt perfectiuam? maxime. neque dictionem, per, de patre dicimus, neque, ex, de filio, ne principalem causam patris tollamus, si filio dederimus; sed eam patri reseruamus. Et quando ex patre dixerimus, tunc rursus sequitur per, quæ medium significat. quippe cum, per, iungatur dictioni, ex. Itaque cum dicimus ex patre, intelligimus tunc per medium filij sanctum procedere spiritum. Quod autem dictio per, causam significet eandem quæ ex: & quod inter se potestatis eiusdem sint, hinc manifestum est.

### SECTIO. III.

**T**HEODORITVS Cyri Episcopus ad sanctam tertiam synodum, <sup>Theodoritus</sup> 8. quum ea finita venisset cum Ioanne Antiochiæ Patriarcha, qui sex & viginti Episcopus secum adduxerat, videns iam synodum peractam esse, Nestoriumq; damnatum, Cyrillumq; præualuisse, perturbatus est, & in duodecim capitibus, quæ aduersus Nestorium antea ediderat,

Cyrillum reprehendit. Is igitur cum Nestorij discipulus esset, aduersus magnum Cyrillum impetum fecit, vt suo magistro opitularetur. Et in nono capite, vbi Cyrillus dicit, cum filius proprium ex se ipso & in seipso essentialiter insitum habeat spiritum sanctum, vaticinabatur. Theodoritus respondet; Si vt eiusdem naturæ Cyrillus dixit, & ex patre procedere, iã confitebimur, & tanquam pia eius verba recipiemus. Si vero tanquam ex filio, vel per filium essentiam habere, vt blasphemiam, & rem impiã eam reijciemus. Audis quo pacto Theodoritus dictiones, ex, & per, reformidauit in spiritus sancti processione? ideo cum horrore dicit, si vero ex filio, vel per filium. Et iure ibi timuit, vbi timendi ratio non erat, vti vos facitis. nam cum is omnino negaret spiritum à filio procedere, quemadmodum & vos; neque ex filio, neque per filium recipit. vos vero per filium etiam inuiti confitemini: ex filio neq; audire sustinetis. idem enim secundum Theodoritum significat. Quod vero per filium confitemini, Damascenus in octauo, & trigesimo theologiæ suæ capite, ex patre per filium aperte clamat: et vos magna voce canitis, spiritus bonitatem communicans ex patre per te procedens; & in canone domini Theophanis in pērecofitem ode sexta. tu flumen deitatis ex patre per filium procedens. id tamen quamquam psallitis abnegatis. At nos cum audimus sanctos ea verba saepe dicentes, interdum quidem

EX


*Theodoriti  
verba ad  
uersus Cyril-  
lum.*

*Theophanis.*

ex patre & filio sine articulo, interdum vero ex patre, & filio cum articulo, & ex patre per filium, & ex patre, & ex filio, & essentialiter ex ambobus, & ex utroque procedit, intelligimus dictionem, per, esse causam, quam Theodorus cum metu, & horrore vitat. Respiscite, & vos oro, ut videatis. At quia Theodorus damnatus fuit, cum sanctissimi spiritus processionem etiam ex filio procedere non reciperet, immo libri eius excommunicati sunt, quos aduersus sacrum Cyrillum scripsit, audi tertium decimum caput ex actis sanctæ œcumenicæ quintæ synodi. Si quis impia Theodori scripta capserit aduersus rectam Cyrilli fidem, & eius duodecim capita, idem cum Theodoro, & Nestorio sententia, ea & eorum impietatem defendendo, nec anathematizauerit ante dicta scripta, & eos qui similia his senserunt, vel sentiunt, & omnes qui aduersus rectam sancti Cyrilli fidem conscripserunt, & duodecim eius capita, & in ea impietate obierunt, anathema sit. Similiter sancta sexta synodus capite nono, inquit. Si quis Theodori scripta aduersus rectam sancti Cyrilli fidem non anathematizauerit, & epistolam quæ Iba dicitur, & Theodorum Mopsuestiæ, & scripta eius, & si quis sancti Cyrilli scripta non receperit: eaque præcipue quæ aduersus Theodorum, Theodorum, Andream, & Nestorium, & eos qui similia eisdem vel alicui eorum senserunt, vel sentiunt, conscripta sunt, anathema sit. similia quarta œcume-

Ex 5. Syno  
do.

Ex 6. Syno  
do. 4. & 7.



*Gregorij  
Niffeni 8.*

nica, & septima synodus continent. Quod autem dictio, per, cum de filio dicitur, medium demonstret profectionis sanctissimi spiritus ex patre, audi admirabilem Gregorium Nyssenum in sermone ad Ablabium, cuius initium,  
 Vos qui in fide vegeti estis, æquum est omni conatu decertare. Identitatem naturæ fatentes, distinctionem, quæ est secundum causam & causatum, non negamus: in quo tantum alterum ab altero distingui percipimus, quia hūc causam esse credimus, alter vero cum ex causa, & eo quod est ex causa sit, aliam rursus differentiam intelligimus. hic enim immediate ex primo: alter vero per eum, qui immediate ex primo est. itaque vnigeniti ratio indubie in filio manet, & quod spiritus sit ex patre, non dubium est id per medium filij esse, quod eidem ipsi & vnigeniti rationem reseruat: & spiritum ab ea quæ naturalis est ad patrem relatione non prohibet. Hoc loco sanctus hic de coniuncta discretaque theologia sermonem habens, ad ipsam distinctionem diuinarum venit personarum; distinguitque eas causa, ac inquit: Essentiæ, & naturæ identitatem confitentes, id est eius vnionem (quippe cum vnum sint tres personæ natura, & deitate, nec aliquid sit prius, vel posterius) differentiam non negamus, qua inter se differunt: nam secundum causam differunt & causatum: & alter distinguitur ab altero; credimusque, inquit, hunc esse causam, illum autem causatum, id est patrem causam, filium vero, & spiritum à causa. Nec hic consistit.

consistit, sed statim subiungit: & cum causa-  
 rum, inquit, sit ex causa, id est, cum filius, & spi-  
 ritus ex causa sint patre, aliam videlicet rursus  
 intelligimus differentiam. alterum enim siue  
 filium proxime, & immediate ex primo, id est  
 ex patre: spiritū vero proxime per filium, me-  
 diate autem ex primo, patre videlicet. Num  
 hic dictionem, per, medium denotare intellex-  
 isti? & diuinarum distinctionem personarum,  
 quam sanctus hic facit? & quod nos recte dis-  
 soluimus? & quod vnigeniti ratio, optime ser-  
 uatur in filio: nec medium hoc filij naturalem  
 spiritus ad patrem tollit relationem? Recon-  
 ciliamini ergo rogo domini, & fratres mei.  
 Sed sacer Damasco Ioannes accedat, vt eadem *Damasceni*  
 mecum testificetur de præpositione, per; quod- *9.*  
 que ex patre per filium spiritus sanctus proce-  
 dit. hic enim capite theologiarum rerum ter-  
 tiodecimo, cuius principium, Diuinitas cum  
 sit incomprehensibilis, omnino exprimi no-  
 minenon potest. sic ait: Ipse quidem mens  
 est, pater videlicet, filij abyssus, filij geni-  
 tor, & per filium manifestatiui spiritus pro-  
 ductor. ac paulopost: Spiritus vero sanctus  
 manifestatiua occultæ diuinitatis potentia pa-  
 tris, ex patre per filiū procedit, vt ipse scit. quod  
 vero dictio, per, causā significet, iam dictū est,  
 nec repetere oportet. sanctus præterea *Cyrilli 10.*  
 in secundo ad Hermeam, inquit: sanctum spi-  
 ritum addes, qui ex patre per filium naturali-  
 ter profluit. Idem in secundo thesaurorum, *Eiusdem 11.*  
 in

in sermone cuius titulus, quod ex essentia pa-  
 tris & filij spiritus sanctus est, sic narrat: Quod  
 igitur spiritus sanctus qui in nobis est, nos esse  
 Dei conformes ostendit, procedit autem ex pa-  
 tre, & filio, apertum est diuinæ esse essentię, es-  
 sentialiter in ea, & ex ea procedentem. Profili-  
 unt ex schismaticis quidam calumniatores, ac  
 effuse ridendo dicunt ad nos: Quid rursus o car-  
 tholici ad hoc nobis respondebitis? vel quam  
 reddetis rationem scripturam cauillando? cū  
 euangelista aperte, & clare dicat, quod spiritum  
 conspexit mysteriorum peritus (Ioannes) qua-  
 si columbam in Christum descendentem. Er-  
 go quod non habuit accipiebat: quo pacto spi-  
 ritus sanctus à filio procedere existimabitur,  
 cum ipse in Iordane consisteret; & spiritus in  
 eum calitus descenderet, voxque paterna su-  
 perne testaretur, Hic est filius meus dilectus, in  
 quo mihi complacui? Ad hos, qui diuinæ eccle-  
 siæ dogmata subuertunt, & scripturarum recti-  
 tudinem peruertunt, respondendum existi-  
 mo; ebrietatem discutite prauæ suasionis, &  
 malitiæ, facientes hominem circumscriptum  
 eum, qui est indefinitus, & incircumscriptus, vt  
 splendidum veritatis lumen circumspicere va-  
 leatis; & nobiscum ad dominum clamare, Ve-  
 re filius Dei es, & omnia quæcunque habet pa-  
 ter tuus, vt Deus, & tu habes; tuaque diuina po-  
 tentia cuncta complecteris: ac tuæ matris in-  
 tercessione, placidum spiritum nobis reddis,  
 qui bonitatem communicat, & ex patre per te  
 proce-

Matth. 6.

procedit: Et rursus, cum sis incircumscriptus mi Iesu, & domine, quamquam in Iordane cōfistis, paternum tamen thronum non reliquisti: numquam mihi hæc hæresis in mentem veniat, vt dicam, eum quæ non habebat accipere; nam quæcunque pater habet, habet & filius; & nihil inest patri, quin in sit filio, excepta paternitate. Si enim quod nō habet, ipse accipiebat, vera Arius protulisset dicendo, erat aliquādo quando non erat. at id cogitatu tantum est impium. qui vult igitur recte sentire, talia non credat, sed vt facer Athanasius magnus in diuinis, qui in sermone de incarnata dispensatione, qui incipit, Qui diuinas scripturas volunt intelligere. sic scribit: Ne credat quis, quod is quod non habebat accipiebat: is enim superne demittebat vt Deus; & inferne ipse eum suscipiebat vt homo. ex eo igitur in eum descendebat: ex eius deitate in humanitatem ipsius. Audis? ipse superne mittebat vt Deus, & ipse ipsum inferne suscipiebat vt homo; & veluti Deus mittebat, veluti homo recipiebat. nam totus erat in terra, nulloq; modo à celo aberat, quippe cum in eo omnis deitatis plenitudo corporaliter resideret. Cum ergo carne esset circumscriptus, in Iordane conspiciebatur, sed deitate cum esset incircumscriptus, paternum sinum non relinquebat, vnde ex eo in eum descendebat. ideo nihil prodest quod à vobis allatum est, imo pro nobis videtur facere, vobisque magnum importat detrimentum.

*Arij verba  
dicta in Synodo Nyca-  
na.*

*Athanasij*

12.

*Settio*



## SECTIO. IIII.



NDE igitur omnino nobis, ostendere possitis, non esse ex filio spiritum, ego nequaquam video. Magnus Ioannes Chrysofostomus in homilia, quam in incarnationem domini facit, sic inquit: Venit Christus ad nos, dedit nobis descendentem, ex eo, spiritum, & corpus nostrum suscepit. Verbum, ex eo, quid significat aliud, quam quod qui ex eo procedit, spiritum nobis tradidit? quemadmodum & dilectus discipulus dicit, q̄ ex spiritu eius, dedit nobis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Cyrillus magnus in interpretatione euangelij secundum Ioannem super ea verba: Et ego rogabo patrem & alium paraclenum dabit vobis, sic dicit: Cui filius naturalium bonorum Dei, & patris essentialiter sit confors, eodem modo habet & spiritum, quo pater intelligitur, non aduentitium, neque extra. Stultum enim est, imo demerentia plenum ita sentire: sed quemadmodum nostrum vnusquisque proprie in semetipso continet spiritum, & ex visceribus intimis extra profundit. Iccirco enim eum corporaliter insufflauit Christus, ostendens, quod uti ex hominis ore spiritus corporaliter procedit, ita ex diuina essentia, ut Deo conuenit, profluit quod ex ea procedit. Hoc loco si quis vult cum æquitate videre, & discere, intelligere licet, statimque à schismatis prauitate defugere: & synodo

*Chrysofostomi*

13.

*Cyrilli 14.*

nodo subijci. Cum sit enim, inquit, naturalium bonorum Dei & patris confors filius, non aduentitie, neque extra, neque improprie habet etiam spiritum, sed essentialiter eodem modo quo intelligitur & pater. Si igitur naturale bonum patris est, spiritum sanctum emittere, communicat vero filius naturalibus patris bonis non improprie, sed naturaliter & essentialiter, secundum magnum Cyrillum, (nec potestis negare) ergo id habet etiam filius, videlicet spiritum sanctum emittere, non participatione, sed essentialiter eo modo, quo pater ipsum essentialiter emittit. Attendite huic, inquam, attendite. Symeon Metaphrastes in sancti Dionysij Areopagitæ vitæ sermone, tertia Octobris, hæc scribit: Quæ corporalis quidem præsentia sunt, finem accipiunt: quæ vero spiritus, incipiunt; & in calum Christus meus effertur, ac in patriam reuertitur sedem, & procedentem ab eo spiritum discipulis suis mittit ad infidelium gentium conuersionem.

Symeonis  
Metaphra.  
15.

### SECTIO. V.

**V**DIS, & procedentem eius spiritum dicit, id est qui ex eo procedit. At non ponitur præcise, dicunt hostes veritatis, procedentem ex filio, sed si alicubi reperitur, ex patre procedere, intelligitur: ex filio vero nequaquam; datum autem, &

& missum per filium, quippe cum mitti non denotet procedere, ac de cætero quando audierimus spiritum sanctum ex patre mitti, non intelligamus ex patre procedere. Paracletus, inquit Christus, quem mittet pater in nomine meo: nonne concedemus eum ex patre procedere? maxime. Sed quia dicitis in diuina scriptura non reperiri, & ex filio eum procedere, volumus id nunc expresse ostendere. Magnus Anastasius Antiochiæ patriarcha, qui, & à sancto mōte Siani appellatur; is est de quo sancta sexta synodus scribit: Recipimus sanctū Anastasium, & Theodorus Melitines respondit, sanctum vocat totus oriens hunc sanctę memorię Anastasium, qui fuit Episcopus Antiochię: & qui eum non recipit, Deus anathematizabit. & omnes vna voce dixerunt, amen. Hic igitur sanctus in oratione, quę inscribitur, De relictis dogmatibus veritatis ad nos pertinentibus, quę incipit, De sana nostra fide, sic ait: A corpore quasi exemplari proprietate accepta, diuinorum connexionem ostendimus, per membrorum proportionem, ac similitudinē: sic & spiritus oris eius, id est, Dei spiritus sanctus dicitur, cum os sit vnigenitus: & spiritus rursus ex eo procedens: nec solum à patre, sed etiam à filio missus. Et paulo post: Atqui dominus à semet esse ostendens, discipulis insufflans dicebat, Accipite spiritum sanctum. Audisti, quod non solum à patre dicit, sed etiam à filio? Vbi sunt, qui dicunt ex solo patre, nec

præci-

Anasta. 15:

præcise apponi procedentem ex filio? Non verentur tot & tantos patres reprobare, cum sancta, & magna luminaria sint, & aperte dicant, etiam ex filio in multis dictionibus, & syllabis? Quo pacto non erubescunt, immo clare contradicunt tanto examini sacrorum doctorum? sed quid aiunt noui interpretes? spiritum dicit ex patre procedentem, & missum, non solum à patre, verum etiam à filio; distinguuntque dicentes, aliud esse procedere, aliud mitti; ac procedere ≠ patri assignant, mitti ≠ filio.

Libenter eos interrogarem cum audimus à patre mitti spiritum sanctum, quid id significet? an aliquid aliud nobis ostendit, quam procedere? minime vero. Misit, diuinissimus Paulus inquit, Deus & pater spiritum filij sui in corda nostra, clamantem abba pater. nonne hic intelligimus ipsius spiritus essentiam? nequaquam dicunt, non percipientes vnam esse spiritus processionem, quæ diuersis dictionibus traditur, eundem seruantibus sensum, quem admodum, & in generatione filij euenit, quando audimus: Misit Deus filium suum factum ex muliere. ad Galatas hoc inquit beatus Paulus. & ipse saluator ait: Ego à patre exiui, & ueni. Et alibi: Pater enim misit filium saluatore mundi. Et rursus: Euangelizare pauperibus misit me. Et iterum: Hunc enim pater signauit Deus. Et Ioannes, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ omnia generationem filij ex patre demonstrant: idque uere,

† Idest à patre spiritum procedere.

† Idest à filio spiritum mitti.

Ad Gal. 4.

Gal. 4.

Ioan. 16.

Ioan. 4.

Luc. 4.

Ioan. 6. de

Ioan. 1.

& fideliter intelligimus veluti quando dicitur  
 Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne  
 iudicium dedit filio. Et sicut pater habet  
 vitam in seipso; sic dedit & filio vitam habere  
 in semetipso: non enim prius generauit, & postea  
 tradidit ei vitam, & iudicium; sed vitam genuit  
 ipsum, & iudicem genuit ipsum. Sic & de spiritu  
 sancto, quando spiritum patris audimus, spiritum  
 ex patre intelligimus, & spiritum filij, spiritum  
 ex filio percipimus. At quando audimus, spiritus  
 profluit, scaturit, emanat, immittitur, prodit,  
 traditum, missum, emissum, ministratum, effusum,  
 procedentem, profusum; per hæc omnia nomina, &  
 quæcunque alia similis sunt deriuationis, spiritus  
 processionem intelligimus: ita hanc hic doctor  
 intelligens, indifferenter in patre usurpat, & filio,  
 & spiritum dicit procedentem & missum, non  
 solum à patre, sed etiam à filio. Animaduerte,  
 rogo per dominum, animaduerte. Accedat igitur  
 veritatis præco, & confessor magnus, & celebris  
 Athanasius, vt mecum eadem testificetur. hic enim  
 in confessione suæ fidei, cuius principium: Quicumque  
 vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat  
 catholicam fidem, sic inquit: Spiritus sanctus à  
 patre, & filio, non factus, nec creatus, nec  
 genitus, sed procedens. Doctor hic etiam dicit à  
 patre, & filio spiritum sanctum esse, non factum,  
 non creatum, non genitum, sed procedentem. Cum  
 in hunc locum peruenerim, subiit mihi vehementer

*Athan. 17.*

menter flere, & in vocem prorumpere cum lacrymis, & eiulatu, & eos deplorare, qui sponte sua aduersus lucem, oculos occludunt, & veritati repugnant, nec solum veritati contradicunt, verum etiam sanctos Ecclesie doctores aspernantur; neque aspernantur solum, sed etiam iniuria afficiunt. quam nam defensionem, vel commiserationem inuenient qui hæc faciunt? O tuam patientiam Christe rex: quomodo blasphemantium ora non comburantur? Athanasium dicere non verentur ebrium fuisse, & vino oppletum, quando hæc scripsit. vere plenus erat spiritualis poculi, sapientie, & gratie ex spiritus sancti fonte scaturientis, non vt hi miserabiles dicunt. propitius sit illis dominus ac nobis: tollatur ab eis hæc impudentia; nobisque contingat sub Athanasij pedibus consistere. Esto. Accedat magnus Epiphanius *Epiphaniij* Cypri Archiepiscopus, vt vna mecum huic sententia patrocinetur. hic enim in sermone qui *18.* vocatur Ancoratus, sic explicat: Vterque in homine iusto habitat Christus, & spiritus eius. Si Christus ex patre creditur Deus ex Deo, & spiritus ex Christo, vel ab vtroque, vt Christus dicit, qui à patre procedit, & hic de meo accipiet. At dicet quis: ergo duos dicimus esse filios, & quomodo vnigenitus? sane quidem, tu quis es, qui Deo contradicis? nam vocat ex eo filium, spiritum vero sanctum ex vtroque: quæ fide tantum à sanctis credita, lucida, & à luce data, lucidam vim habent. Et rursus in *2* eodem

*Eiusdem.* eodem: Spiritus sanctus spiritus veritatis est  
 lumen tertium à patre, & filio est. num. inte-  
 lexisti illud ab utroque? spiritus veritatis  
 à patre, & filio, quid demonstrat? animaduert  
 diligenter, & intellige: nam nihil fortuitum  
 & eorum quæ sunt in continuo fluxu circa he-  
 versatur, sed anima. Eiusdem Epiphaniij in eo-  
*Eiusdē 19.* dem tractatu & libro: Quomodo nemo no-  
 uit patrem nisi filius, neque filium nisi pa-  
 ter, sic audeo dicere, quod neque spiritum nisi  
 pater & filius, ex quo procedit, & à quo accipi-  
 neque filium, & patrem nisi spiritus sanctus, qui  
 vere glorificat, qui docet omnia, qui ex patre  
 & filio est, & à quo procedit, & à quo accipit.  
 autem dicit; quod est à patre, & à filio, nondum  
 intelligitis verbū est, quod est substantiuum;  
 esse significat illius, de quo dicitur quod est?  
 dem Epiphanius in eodē loco sic ait: Ergo pater  
*Eiusdē 20.* semper fuit, & filius semper fuit, & spiritus sanctus  
 patre, & filio spirat. quin etiam spiritus sanctus  
 † *Idest, iux-  
 ta modum  
 spiritui cons-  
 uenientem  
 procedit.* aus non confrater, sed ex eadem substan-  
 tia patris, & filij: nam ipse vnigenitus di-  
 cit, spiritus patris, & qui ex patre procedit, &  
 de meo accipiet, ne diuersum à patre putaretur  
 neque à filio. Audis, ne externum & diuersum  
 inquit, à patre putaretur, neque à filio: iccirco  
 ex patre & filio procedere dicitur? Et sancti si-  
 mus Maximus vbi interpretatur quid desig-  
 nat apud prophetam Zachariam, aureum can-  
 delabrum, & lampas eius, & lucernæ, ita scri-  
 bit

*Aliter legit  
 hunc locum  
 D. Thomas.  
 In conc. Flo.  
 170.*

bit: Spiritus sanctus quemadmodum natura secundum essentiam est; sic ex patre per filium essentialiter genitū ineffabiliter procedit. Audis, & hic ex patre per filium dicit essentialiter, & ineffabiliter procedit? hoc idem est, ac si diceret essentialiter ex patre & filio procedere: quippe cum dictio, per, idem significet quod, ex, ut ostendimus. Idem in Epistola ad Marinum Cypri presbyterum, cuius principium; Diuina lege secundum Deum locupletatus pater venerande, humanam legem neglexisti. hæc inquit: Ex synodalibus actis sanctissimi papæ nostri, non in tot, quot scripsistis capitibus, regia vrbis homines comprehenderunt; sed duobus tantum, quorum alterum est de theologia: quia dicit etiam ex filio spiritum sanctum procedere: alterum de diuina incarnatione, vbi scripsit, Dominum sine originali peccato esse, ut hominem. Et in hoc Romanorum patrum expositiones consentire demonstrarunt: quin etiam & Cyrillum Alexandria episcopum, ex eius sacro tractatu composito in sanctum Iohannem Euangelistam. ex quibus se non principium filium facere spiritus ostenderunt: nam vnum tantum filij, & spiritus principium nouerunt; huius secundum generationem, illius secundum processionem: sed ut processionem per eum declarent: & hac ratione coniunctionem, & identitatem essentia comprobarent. Audis, ex filio etiam procedere spiritum sanctum, & inter se consentire patrum auctoritates?



res? & vt beatus Cyrillus idem dicit, & confirmat in sacro in Euangelistâ Ioannem tractatu. Quod vero dicit, eos non facere filium principium, minime quod non sit ex eo, sed esse magis ostendit, non facere principium videlicet principale dicit, secundum illam impiam heresim, quæ asserit filium ex solo patre, spiritum ex solo filio: itaque filius principalis causa spiritus intelligeretur: iccirco ij diuini patres ex patre, vel filio dicere vitauerunt, id est neq; ex patre solo, neq; ex filio solo, sed ex patre per filium. Ideo per eum & ex eo repertum est & prodire, & profluere, & procedere; & in hoc præcipue, vt *Tarasij 23.* alibi ostensum est. Diuinus Tarasius Constantinopolis Patriarcha in epistola ad orientis Pontifices, quæ incipit, Multis, & ingentibus prouidentius, sic ait: Et in spiritum sanctum, qui ex patre per filium procedit, & eum Deum esse cognoscimus. Audis, ex patre inquit per filium procedere; Quod vero dictio, per, causam significet, antea dictum est, & rursus facer Athanasius in epistola ad Serapionem, quæ incipit, Litteræ tuæ dispositionis, sic scribit: Cum vnus sit filius, qui viuens verbum est; vnâ esse oportet perfectam & plenam sanctificantem vitam, quæ sit operatio eius, ac munus, quæ ex patre dicitur procedere: quoniã ex verbo, quod ex patre sine dubio prædicatur, elucet, mittitur, et traditur, sane filius à patre mittitur, & traditur: filius vero spiritum mittit. Audis operationem esse, & munus filij spiritum sanctum, patremque mittere filium

*Alban. 24.*

filium, & filium spiritum? Alius accedat testis, non minor hoc Cyrillus magnus, ex Ægyptiaca dicecesi cum synodo vna secum congregata sic ait: Profluit ex patre spiritus ex natura secundum suam processionem: ergo & ex ipso homine, & Deo Christo ex natura secundum suam processionem profluit. non enim secundum mensuram spiritum filio tradit: sed ipse à seipso emittit eum, quemadmodum sane, & pater. Eadem ad Hermiam scribit doctor hic.

### SECTIO. VI.



QVOD autem filius principium essentia spiritus sit, quod per præpositionem, per, ostenditur, longo antea sermone aperte exposuimus: & nunc expressius permagnum patrem nostrum Nyssenum Gregorium ostendemus. hic enim Gregorij Nisse. 16. in primo aduersus Eunomium clare de diuina vnione, & distinctione diuinarum personarum sermonem habens: Cum spiritus, inquit, patri secundum quod vterq; increatus est, conianctus sit; rursus ab eo quia pater, vt ille nõ est distinguitur: ab ea vero, quæ ad filium est connexionione, secundum quod vterq; increatus est, & quod vterq; ex primo principio suam substantentiã habet, rursus proprietate sua distinguitur: quæ est quod nec vt vnigenit<sup>o</sup> ex patre product<sup>o</sup> est, & quod per ipsum filiũ manifestatur. rursus cũ creatura per vnigenitũ sit producta,

ne existimetur aliquid commune esse spiritui  
 & creaturæ, quia per filium est manifestatus:  
 spiritus à creatura distinguitur immutabilitate,  
 & immobilitate, & quia non indiget alterius  
 bonitate. hoc loco magnus hic pater, &  
 doctor de distinctione & diuina vnione sermonem  
 habens, spiritum sanctum ob oculos ponit, patrique,  
 & filio eum comparando, inuenit quædam inter se  
 communia, & vnientia, & quæ propria, & distinguentia  
 sunt. Cum igitur, inquit, patri, iuxta id quod increatum  
 est sit coniunctus, ab eo rursus distinguitur, ne pater  
 sicut ille est, existimetur: cum filio vero commune  
 habet, quod increatus est, (vna est enim trium  
 essentia) & præterea vterq; communiter Deum  
 principium habent. rursus tamen ab eo his duobus  
 distinguitur, quia non vt filius per generationem,  
 sed per processionem videlicet ex patre sit, id est  
 per diuersum modum substantiæ, & quia per ipsum  
 filium manifestatus sit. Sed quia creatura habet  
 esse per filium (nam omnia per eum facta sunt, vt  
 ait Euangelista Ioannes, & spiritus per filium  
 manifestatus est, secundum omnium doctorum  
 chorum) ne aliquid commune esse existimaretur  
 spiritui, & creaturæ, eo quod hæc per filium  
 creata sit, alter vero manifestetur: cum quid  
 esset ipsi & illi commune iam assignasset, metuens,  
 ne quis hac communitate identitatem essentia  
 arbitraretur, immutabilitate, & mutabilitate,  
 immobilitate, & suo contrario ea inter se  
 distinguit: quod hæc per filium subsistat,

sistat, alter vero per filium manifestetur, com-  
 mune, & idem existimans: distinctionis  
 vero modum inuenit, eo quod hæc mutabi-  
 lis, & mobilis est: alter vero immutabilis,  
 & immobilis. atqui si hoc quod est, per filium  
 manifestari spiritum, non ostenderet filium  
 principium esse, quemadmodum ostenditur  
 per hoc quod est, per filium creaturam subsi-  
 stere (id enim declarat eum esse principium)  
 facilis utique spiritus, & creaturæ distinctio fu-  
 isset: nam possemus dicere, quod & si ambo  
 sint per filium, tamen creatura, tamquam cau-  
 satum est ex eo: alter vero tamquam non cau-  
 satum: sed nunc id non dixit: nam quod ve-  
 rum esse nescisset, non erat eius officij dicere. sed  
 aliam distinctionem inuenit, quam veram, &  
 solam arbitratus est esse. Igitur præpositio, per,  
 cum dicitur, quod spiritus per filium manife-  
 statur, hoc idem valet, quod cum dicitur, crea-  
 turam per filium subsistere, ac quia creaturæ  
 causa dicitur, & creditur esse filius, & hoc signi-  
 ficat præpositio, per: ergo dictio, per, de spiritu,  
 etiam causam esse filium denotat. At quis po-  
 terit vnquam seruata serie hæc subtiliter per  
 partes exponere, cum ea in infinitum extendā-  
 tur? sed magnus & celebris Athanasius rursus  
 accedat, ad testificandum, filium spiritus sancti  
 processions causam esse. hic enim in tractatu  
 primo aduersus Arianos, qui incipit, Quæcun-  
 que hæresis contra veritatem excogitasse insa-  
 niam aduersum se aperte conspicitur. hæc ait:  
 Hæc cum Iudæis Christus vt homo loqueba-  
 tur,

, tur, sed discipulis suis diuinitatem, & maiestatem suam ostendens, non minorem se spiritu, sed maiorem, & æqualem esse ostendendo, tra-  
 , debat quidem spiritum, & dicebat: ego eum  
 , mittam, & ille me clarificabit, & quæcunque  
 audiuerit loquetur. Audisti rursus magnum  
 patrem hunc, non minorem se spiritum dicit,  
 sed maiorem, & æqualem. æqualem secundum  
 consubstantialitatem: maiorem non magnitudi-  
 dine aliqua, neque tempore, absit: nihil enim  
 prius & posterius in diuina est trinitate: sed  
 quia ex eo habet esse, quemadmodum sane ex  
 Deo & patre. Vbi sunt qui dicunt, quod ex so-  
 lo patre spiritus est, nec procedit ex filio? non  
 erubescunt sanctis contradicere. ô tuam pati-  
 tiam Christe rex. partim pro sanctis habent  
 hos, festum celebrant, adorant, & imagines  
 eorum fingunt, & exornant eas auro: partim  
 abnegant, eo quod dicant, ex filio esse spiritum,  
 & impudenter in eos contumeliosi sunt: nunc  
 horum libros adulterando, nunc penitus com-  
 burendo, ne appareant: hos autem temulentos  
 dicunt, illos vero, non esse sanctos, quia ex fi-  
 lio spiritum confitentur. postea non verentur  
 homines hi, nos criminari, qui sanctis, & eccle-  
 siæ doctoribus subiicimur: & scripta eorum ser-  
 uamus. Quinetiam nobis aduersantur, quia  
 sanctæ & œcumenicę subiicimur synodo: eius-  
 que decretum veluti aureum monile penitus  
 pectori affigimus. profecto Phariseorum simi-  
 les sunt, quos increpat Christus Dominus no-  
 ster

ster dicens. Væ vobis scribæ, & Pharifæi hypocrite, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec volentes intrare finitis: propter hoc amplius accipietis iudicium: sic & hi faciunt. hi namque ob præsumptionem oculos obuertos obtinentes ecclesiæ non subiiciuntur. Et in nos quod subiicimur, contumelias effundunt. Respiscite per Deum fratres, & videte quot sanctos vobis ostendimus id confirmantes. Item idem Athanasius in Epistola ad Serapionem, sic scribit: Sane cum pater spiritum mittat, filius insufflans tradit eum discipulis. nam cuncta, quæ pater habet, filij sunt. Consentanea scribit his maximus Cyrillus in enarratione noni Anathematis, vbi ait: Homo factus Dei verbum, sic etiam mansit Deus, omnia habens quæ pater, excepto tantum eo, quod non est pater; propriumque habens ex seipso filius, & essentialiter insitum in se spiritum sanctum vaticinabatur. Audis illud ex eo? Aliud ne igitur denotat, nisi ex eo procedentem? Et cuncta habentem quæcunque pater habet. Percipite homines Dei, percipite. Sanctus Hilarius in sermone qui post pentecosten legitur, in festo sanctæ Trinitatis, sic ait: Credimus in sanctam Trinitatem id est patrem, filium, & spiritum sanctum. vnum Deum omnipotentem, vnius essentia, vnius substantia, vnius potestatis, omnium creaturarum opificem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, patrem à se, non ab alio, filium ex patre genitum, Deum

*Athan. 28.*

*Cyrilli 29.*

*Hilarij inter impres-  
sos non habetur hic sermo. Græcus est hic auctor vni ex 300. patribus in Nicæna.*

Deum verum de Deo vero: lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, sed vnū lumen, spiritum sanctum æqualiter à patre & filio procedentem. Iam vt ego arbitror hæc auctoritas soluit omnem dubitationem: cum sanctus hic dicat, spiritum sanctum æqualiter à patre & filio procedere, nullam reliquit causam ijs, qui quærunť occasionem. Audite igitur vos, & intelligite, qui salutem vestram cæteris omnibus anteponitis, quid denotare vult, spiritum sanctum æqualiter à patre & filio procedentem? animum aduerte Christiane, neq; ita maligne sponte tua verba contumeliosa proijcias aduersus imperitos. nam imperiti non solum discere aspernantur; verum etiam discendi cupidos maledictis insectantur. horum turpissima, & nefaria verba dicere prætermitto; decorum vndique meorum verborum seruando, propter gentis dignitatem. Præterea magnus Athanasius in epistola ad Serapionem, inquit: Talem ordinem, & naturam habet spiritus erga filium, qualem habet filius erga patrē: sed alium ordinem, & naturam filij erga patrem non videmus, nisi esse ex eo, & habere eū pro principio: talem ergo sanctus hic vult, spiritum erga filium ordinem habere. quapropter hac ratione spiritum dici oportet, & intelligi esse ex filio. Huic consentanea diuinus Basilius septimodecimo capite ad Amphilo-

*Athan.* 30.

*Basilij* 3 1.

chium sic dicit: Vt ergo se habet filius ad patrem, sic spiritus ad filium, secundum oratio-

nis seriem in baptisate traditam. Si vero spi-  
 ritus filio coordinatur, filius autem patri, &  
 spiritus patri videlicet. Cyrillus magnum A-<sup>Cyilli 32.</sup>  
 lexandriæ lumen, in quinto aduersus Herme-  
 am sic ait: In hoc cognoscimus, quod in vo-  
 bis est ex spiritu, quem dedit vobis. inhabitantem  
 enim, & immorantem sibi vnusquisque  
 comparauerit eum, qui naturaliter & vere est  
 Deus, non alienum aliquid, & diuulsum essen-  
 tialiter ab eo spiritum accipiendo: sed ex eo, &  
 in eo, & proprium eius. In septimo rursus ad <sup>Eiusdem 33.</sup>  
 eundem Hermeam sic ait: Nam à peccato libe-  
 rans eum, qui ipsi incumbebat, suo postea per-  
 ungit spiritu; quem ipse vt verbum ex Deo pa-  
 tre infundit, & ex propria nobis scaturit natu-  
 ra: tamquam communem vero rem dispensa-  
 tione, quæ cum carne est propter vnionem con-  
 stituens. & vt homo corporaliter inspirat: in-  
 sufflauit enim apostolis, dicens; accipite spiri-  
 tum sanctum. nec ad mensuram dat Deus spi-  
 ritum sanctum. nec ad mensuram dat Deus spi-  
 ritum secundum Ioannis verba, sed ipse ex se <sup>Ioanne 3.</sup>  
 quemadmodum sane & pater infundit. Quod-  
 nam candidius, vel sincerius argumentum hoc  
 reperietur vnquam apud eos, qui contendere  
 nolunt, nec schisma complecti? quia maxi-  
 mus hic pater sic ait in sexto: Ex eo, in eo, &  
 proprium eius. in septimo vero, non ad men-  
 suram dat spiritum secundum Ioannis verba,  
 sed ipse ex se infundit eum, sane quemadmo-  
 dum & pater. Si igitur quemadmodum pater,  
 producit spiritum filius, quid amplius ambi-  
 gitis



gitis vos? nam si quia sanctus dicit infundit, non producit, vel prodit, vel emittit, sed infundit: id ipsum vult fratres ac si diceret, prodit: quippe cum hoc ipsum verbum ponat in patre: dicit enim, infundit eum quemadmodum pater, itaque & pater infundit spiritum. Si igitur infundit eum pater, hoc autem nihil aliud intelligere nos oportet, quam quod pater eum producit, infundit autem eum & filius quemadmodum pater, emittit ergo filius quemadmodum utique & pater. nam cum simpliciter audimus spiritus patris, nihil aliud intelligimus, nisi ex patre eum procedere. Sequitur ergo, etiam cum de filio hoc audierimus, spiritum filij, & ex filio procedentem necessario nos intelligere. eoque modo vera dicimus, & sanctis consentimus, dicendo ex patre, & filio sanctum procedere spiritum. At id quidem dilucide ostensum est, radiosque ad instar solis emittit hæc expositio, aduersus quæ cum respicere non possint, qui nocturæ oculos habent, sursum deorsum offendant.

### SECTIO VII.

**S**ED mihi æquum esse videtur eum præstiterimus quod polliciti sumus, tribus & triginta testimoniis orientalium sanctorum prolatis, ad comprobandum ex filio etiam esse sanctum spiritum, ut sanctorum occidentalium mentionem

nem faciamus, & bina vel terna testimonia ex singulis afferamus, ad comprobandum occidentales, & orientales doctores concordare, nec esse in iis ullam ambiguitatem: primusque inter sanctos celeberrimus ecclesiæ pater, & doctor, Gregorius, inquam Dialogus, ad testificandum vna cum doctoribus orientalibus accedat: nam eum etiam orientalis ecclesiæ pro sancto habet, eiusque commemorationem singulis annis cum plausu, peragit; nec potestis diffiteri. Is namque in quodam suo tractatu post alia multa, scribit; Vnde ipsa quoque veritas, vt fidem discipulis auget, dixit. Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos: cum enim constet quia paracletus spiritus à patre semper procedat & filio, cur se filius recessurum dicit, vt ille veniat, qui à filio nunquam recedit? sed quia discipuli Dominum in carne cernentes, spiritualiter quoque videre sitiebant, recte eis dicitur, si ego non abiero, paracletus non veniet, ac si aperte diceretur: Si corpus non subtrahō, quis sit amor spiritus non ostendo; & nisi me deseritis carnaliter cernere, nunquam me scietis spiritualiter amare. Idem magister libro primo moralium capite 8. sic explicat. In orbem dies conuiuij transeunt cum prædicationis mysteria peraguntur; peractisque conuiuijs holocaustum Iob pro filijs obtulit, quia pro apostolis de prædicatione redeuntibus, patrem Christus redemptor exorauit. bene autem mittendo sanctificare dicitur,

*Greg. in fine  
2. dial.  
Ioan. 16.*

*Gregor. 1.  
mor. c. 8.*

, dicitur, quia dum spiritum sanctum, qui à se  
 , procedit discipulorum cordibus tribuit, quic-  
 quid in eis culpæ esse potuit emendauit. Idem  
*Fin' dem 30.* trigesimo moralium capite, fit ait: Venit hor-  
*l. nior c. 8.* ra cum iam non in prouerbijs loquar vobis,  
 , sed palam de patre annuntiabo vobis. Palam  
 , quippe de patre annuntiare se asserit, quia per  
 , patefactâ tunc maiestatis suæ speciē, & quomo-  
 , do genitori nō impar oriatur, & quomodo ab  
 , utroq; spirit' vtriq; coæternus procedat ostēdit.  
 , Aperte namq; tunc videbimus, quomodo hoc  
 , quod oritur, ei de quo oritur subsequens non  
 , est: quomodo is, qui per processionem produ-  
 , citur à proferentibus non præitur, aperte tunc  
 , videbimus, quomodo, & vnum diuisibilitet  
 , tria sint, & indiuisibilitet tria vnum. Idem in  
*Gregor. in* confessione suæ fidei, vt omnes summi ponti-  
*confessione.* fices faciunt, cum fidem in suis assumptioni-  
 , bus confitentur. Credo in Deum patrem om-  
 , nipotentem, patrem, filium, & spiritum san-  
 , ctum, tres personas, vnā essentiam, patrem  
 , ingenitum, filium vnigenitum, spiritum vero  
 , sanctum neque genitum, neque ingenitum,  
 , sed coæternum de patre & filio procedentem.  
*Grego. ho-* Idem in euangelio secundum Ioannem in ho-  
*mil. 26.* milia super ea verba, Cum esset sero die illa vna  
 sabbatorum, quæ incipit, Quemadmodum mi-  
 sit me pater, & ego mitto vos, paulopost di-  
*Ioan. 15.* cit: Cum venerit paracletus, quem ego mit-  
 tam vobis à patre. Si enim mitti solummo-  
 do incarnari deberet intelligi, sanctus procul-  
 dubio

dubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est, sed eius missio ipsa processio est, qua de patre procedit, & filio. sicut itaque spiritus mitti dicitur, quia procedit: ita & filius non incongrue mitti dicitur, quia generatur. Damasus sanctissimus Romæ *Damasi confessio.* præses, qui tempore secundæ Constantinopolitanae synodi vixit, in confessione catholice fidei, quam papa hic emisit ad Paulinū Antiochie episcopum: Credimus in vnum verum Deum patrem, & filium, & spiritum sanctum factorem visibilium, & inuisibilium, per quem omnia creata sunt in celo, & in terra, hunc vnum Deum, & hunc vnam esse diuini nominis trinitatem, patrem, qui filius non est, sed habet filium, qui non est vtique pater; filium qui non est pater, sed filius Dei natura est; spiritum vero paraclitum neque patrem esse, neque filium; sed ex patre procedentem & filio. est igitur ingenitus pater, genitus filius, non genitus paraclitus: sed ex patre procedens & filio. Hormisdas sanctissimus papa in epistola *Hormisdas pape.* ad Iustinum Imperatorem aduersus Nestorij, & Eutyichis blasphemias ita scribit: Adoramus patrem, & filium, & spiritum sanctum trinitatis essentiam distincte indiuisam, incomprehensibilem, inenarrabilem: vbi quamuis personarum ratio numerum admittat, vnio tamen non amittit essentiam, ita tamen vt propria vnicuique personæ diuinæ seruemus. neque per personas vnitatem diuinitatis negemus,

mus, neque ad essentiam id quod est persona-  
 rum proprium transferamus. Magnum, san-  
 ctum, & incomprehensibile trinitatis myste-  
 rium. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus  
 sanctus, Trinitas indiuisibilis: tamen certum  
 est proprium patris esse filium generare, pro-  
 prium filii Dei æqualem patri generari, pro-  
 prium spiritus sancti ex patre procedere & fi-  
 lio, sub vna essentia deitatis. Leo sanctissimus  
 & ipse antiquæ Romæ pontifex summus, in  
 primo sermone in pentecosten, qui incipit  
 Hodiernam solemnitatem dilectissimi, sic in-  
 quit: In trinitate enim diuina nihil dissimile,  
 nihil impar est, & omnia quæ de illa substantia  
 cogitari valent, nec virtute, nec gloria, nec æter-  
 nitate discreta sunt. Cumque in personarum  
 proprietatibus alius sit pater, alius sit filius, ali-  
 us sit spiritus sanctus, non tamen alia deitas ne-  
 que diuersa natura est: siquidem cum & de pa-  
 tre sit filius vnigenitus, & spiritus sanctus, pa-  
 tris filiique sit spiritus, non sicut quæcunque  
 creatura, quæ & patris & filii est, sed sicut cum  
 utroque viuens, & potens, & sempiternus, &  
 ex eo quod est pater filiusque subsistit. Diuus  
 Ambrosius, ad quem sacer Basilius scribens  
 dicebat: eia o homo Dei, quia ab hominibus  
 non accepisti, nec didicisti euangelium Chri-  
 sti, sed ipse Dominus à iudicibus ad Aposto-  
 lorum solium transtulit. hic inquam ad Græ-  
 tianum Imperatorem primo libro capite deci-  
 mo de spiritu sancto, scribit: Sed neque cum  
 à patre

*Leonis Pa.  
 pæ.*

*Ambrosii l. 1.  
 c. 10. de spi-  
 ritu S. eua-  
 riat nonni-  
 hil à latino.*

à patre exit filius, de loco recedit, aut quasi corpus separatur à corpore: neque enim in patre quasi in corpore tamquam corpus includitur. spiritus quoque sanctus cum ex patre procedit, & filio non separatur à patre, non separatur à filio. quomodo enim separari potest à patre qui spiritus oris eius est? utique & æternitatis indicium est, & diuinitatis exprimit unitatem. Diuus Augustinus mens illa altissima in multis tractatibus id egregie demonstrat, etiã ad Orosium scribens, de spiritu sancto sermonem habens, qui incipit, Dominus noster Iesus Christus, sic se abiturũ ostendit. in eo multa, & præclara scribit; post alia multa de hoc tractat: Hic igitur forte quæret aliquis, utrũ à filio procedat spiritus sanctus; filius enim solius patris est filius, & pater solius filii est pater, spiritus sanctus non alterius horũ tantum est spiritus, sed vtriusque. Habes dominũ ipsum qui dicit, Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. habes etiam apostolum, Misit Deus spiritum filii sui in corda vestra, clamantem Abba pater. Et post pauca dicit: Quia igitur vt vnus pater, & vnus dominus, idest filius, sic & vnus spiritus sanctus, qui sine dubio vtriusque est. & statim: Multa etiam alia testimonia sunt, per quæ patris, & filii spiritus esse ostenditur, qui in trinitate spiritus sanctus dicitur. & infra dicit: Cur igitur nõ credimus ex filio procedere spiritum sanctum? quoniã & filii est ipse spiritus,

*August ad  
Orosiũ quæres  
vndus est  
hic locus.*

nam si ex eo non procederet, minime post resurrectionem apprensus discipulis suis, insufflaret dicens; Accipite spiritum sanctum. Quid enim aliud per eam insufflationem declarabatur, nisi quod & ex eo spiritus sanctus procedebat? & infra statim; Si igitur & ex patre & ex filio sanctus procedit spiritus, qua de causa filius dixit, à patre procedit? omnino, quomodo referre solet ad patrem suam, à quo ipse est. Unde & illud est quod dicit, Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me patris. Si igitur & hic eius doctrina intelligitur, quamvis eam non suam, sed patris esse diceret, quomodo non magis oportet id intelligere, & ex eo spiritum sanctum procedere? ubi sic dixit ex patre eum procedere, ut non diceret, & ex me non procedere: à quo enim habet filius ut Deus sit, (nam Deus ex Deo) ab eo omnino habet, ut & ab eo procedat spiritus sanctus. Et post pauca: Spiritus sanctus non ex patre procedit in filium, & ex filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ex utroque procedit. & si pater hoc filio dedit, ut quemadmodum ex se, sic & ex eo procederet: non enim dicere possumus, non esse vitam spiritum sanctum, pater enim vita est, & filius. propterea sicuti pater vitam habet in se, sic dedit vitam procedere ex eo, quemadmodum procedit ex se.

Diuus vero Hieronymus in sermone de trinitate sic ait: Spiritus sanctus à patre, & filio procedens, per omnia patri, & filio æqualis colitur

*Hieron. querendus hic locus.*

litur, & æternus est. Eiusdem ad sanctum Damasum Romæ Episcopum, de catholica fide. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, & in spiritum sanctum Deum, non tres Deos, sed patrem, filium, & spiritum sanctum, vnum Deum colimus, & confitemur: non sic vnum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse & filius, sed patrem esse qui genuit, filium vero qui genitus est, spiritum sanctum, neque genitum, neque ingenitum, non creatum, non factum, sed à patre filioque procedentem, patri & filio coeternum, & cooperatorem. Scriptum est enim, Verbo domini cæli firmati sunt, id est à filio Dei, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Item diuus Augustinus in libro ad Petrum de fide capite vndecimo, ait: Firmissime tene, & nullatenus dubites, eundem spiritum sanctū, qui patris & filij vnus est spiritus, de patre & filio procedere; dicit enim filius, cum venerit spiritus veritatis, qui à patre procedit; vbi spiritum suū esse docuit, quia ipse, est veritas. De filio quoq; procedere spiritum sanctū prophetica, atq; apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit de filio, Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium: de quo, & apostolus, Quem interficit Dominus Iesus spiritu oris sui. Idem capite vigesimo libri quarti de trinitate, qui incipit: Si autem secundum hoc missus à patre,

*psal. 38.**August. ad Petrū de fide de cap. 11.**Esai. 40**2. ad Thef. 2. Augustini.*



› post multa alia dicit : Et sicut spiritui sancto,  
 › donum Dei esse, est à patre procedere: ita mitti  
 › est cognosci, quod ab illo procedat; nec pos-  
 › sumus dicere, quod spiritus sanctus, non & à  
 › filio procedat: neque frustra idem spiritus &  
 › patris & filii spiritus dicitur, nec video quid al-  
 › liud significare voluerit, cum sufflans in faciem  
 › discipulorum ait, Accipite spiritum sanctum.  
 › neque enim flatus ille corporeus, cum sensu  
 › corporaliter tangendi procedens ex corpore,  
 › substantia spiritus sancti fuit; sed demonstra-  
 › tio per congruam significationem, non tan-  
 › tum à patre, sed & à filio procedere spiritum  
 › sanctum. Quis enim dementissimus dixerit  
 › alium fuisse spiritum, quem sufflans dedit, &  
 › alium quem post ascensionem suam misit? I-  
 › dem cap. 17. libri 15. de trinitate, qui incipit  
 › Satis de patre & filio, iuxta principium sic ait:  
 › Quod spiritus sanctus secundum scripturas  
 › sanctas nec patris solius est, nec filii solius, sed  
 › amborum. & post quædam: Sic enim & pater  
 › Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, &  
 › simul omnes vnus Deus. Et tamen non frustra  
 › in hac trinitate non dicitur verbum Dei nisi  
 › filius, nec donum Dei nisi spiritus sanctus, nec  
 › de quo genitum est verbum, & de quo procedit  
 › principaliter spiritus sanctus, nisi Deus pater.  
 › ideo autem addidi, principaliter, quia & de filio  
 › spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc  
 › quoque illi pater dedit non iam existenti, &  
 › nondum habenti, sed quicquid vnigenito  
 › verbo

*Eiusdem.*

verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, & spiritus sanctus, spiritus esset amborum. Idem 26. capite eiusdem libri, quod *Eiusdem.*  
 incipit, Deinde in illa summa trinitate, sic ait: Quapropter qui potest intelligere sine tempore generationem filii de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de utroque. Et qui potest intelligere in eo, quod ait filius, Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio vitam habere in semetipso: non sine vita existenti iam filio, vitam patrem dedisse: sed ita eum sine tempore genuisse, ut vita, quam pater filio gignendo dedit, coaeterna sit vitae patris qui dedit, intelligat: Et sicut pater habet in semetipso, ut de illo procedat spiritus sanctus; sic dedisse filio, ut de illo procedat idem spiritus sanctus, & utrumque sine tempore: atque ita dictum spiritum sanctum de patre procedere, ut intelligatur, quod etiam procedit de filio, de patre esse & filio. Si enim quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet utique, ut de ipso procedat spiritus sanctus. Idem in libro de catholica fide, quem & speculum vocat: Da mihi in via hac qua te duce gratior intellectum, & inspira mihi, & semper *August. lib. speculi cap. 18.*  
 doce me gratiam tuam, qualiter in te irreprehensibiliter sit credendum, ut te unum Deum essentialiter sapiam, & irreprehensibiliter trinum personaliter capiam, patrem ingenuum, de patre filium unigenitum, ex veroque procedentem,

*Ibidem t. 29.*

dentem, & in vtroque permanen-tem spiritum  
 sanctum. Idem in eodem libro: Hanc fiden-  
 per te, & in te confiteor o beata, & benedieta, &  
 gloriosa trinitas, o vera, et summa sempiterna  
 vnitas, pater, & filius, & spiritus sanctus. Deus  
 Dominus paracletus, charitas, gratia, consolator  
 tio, verum lumen, lumen ex lumine, vera illu-  
 minatio, viuens vita, vita a viuente, viuificator  
 viuentium, fons, flumen, irrigatio, vnus a se, vnus  
 nus ab vno, vnus ab ambobus, ab vno omnia  
 per vnum omnia, id est a se pater, ab altero, id est  
 a patre filius: ab vtroque spiritus sanctus, id est  
 a patre & filio: verax genitor, veritas genitus, æ-  
 inor amborum spiritus sanctus, vna virtus, æ-  
 qualis maiestas, & par gloria, vna eademque es-  
 sentia. Idem in eodem libro speculi: Et quia sem-  
 per pater fuit, filium semper habuisse dubium  
 non est. te quoque credo spiritum sanctum ve-  
 rum Deum, non factum, non creatum, nec ge-  
 nitum, sed ex patre & filio ineffabiliter proce-  
 dentem, & in patre simulque filio substantiali-  
 ter permanentem. Sic igitur ab vtroque proce-  
 dis, vt inseparabiliter in vtroque maneat, atque  
 ita per omnia Deo, & patri & filio æqualē, coæ-  
 ternum, consubstantialē, vt neq; potestate, ne-  
 que voluntate, neque æternitate, neque sub-  
 stantia differre possis ab iis, vel præcidi, a qui-  
 bus procedis. igitur æternum patrem sine nati-  
 uitate, æternum filium cum natiuitate, æternū  
 spiritū sanctū cum processione sine natiuitate.  
 totum patrem in filio & spiritu sancto, totum  
 filium

*Augusti in  
 spec. c. 176  
 18.*

filium in patre & spiritu sancto, totum spiri-  
 tum sanctum in patre & filio permanentem,  
 patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum,  
 Deum omnipotentem, vna potestate, vno-  
 que regno, vna maiestate, vna æternitate, tunc,  
 & nunc, & semper vbique regnantem, corde  
 credo, ore confiteor, & mente diligo. Idem in *Ibid. c. 15.*  
 libro de catholica fide. Quis ante nos, in quos  
 sæculorum fines deuenerunt, talia sic manife-  
 sta audire potuit, vel cognoscere de trinitate &  
 vnitate, de personis & substantia? de te qui-  
 dem Deus pater quod sis à nullo, ideo ingeni-  
 tus diceris; de filio autem tuo quia genitus à te  
 sit, non à se; de spiritu quoque sancto quia pro-  
 cedens, & non sit à se, sed à te & filio, quorū est  
 spiritus. Idem in eodem: Cæterum quis in hac *Eiusd. ibid.*  
 vitā positus vel crystallino pectore sufficiat pe- *c. 27.*  
 netrare tui ipsius trinitatis interna mysteria?  
 quomodo pater, & filius, & spiritus sanctus,  
 tres quidem personæ estis & vna natura? quo-  
 modo tu pater ingenuus diceris, filius genitus,  
 spiritus sanctus neque ingenuus nec genitus,  
 sed procedens dicatur? quomodo filius de te  
 patre natus est, spiritus sanctus de te procedit  
 & filio? quomodo filius nascendo non pro-  
 cedit, spiritus sanctus procedendo non nasci-  
 tur? quomodo filius non de se, sed de te est, nec  
 tamen tui est posterior de quo est? quomodo  
 spiritus sanctus de te procedit & filio, nec ta-  
 men à vobis præscinditur, à quibus procedit?  
 Et post pauca: Quomodo filius qui oriendo est

tibi ð pater de quo oritur subsequens non est  
 & quomodo spiritus amborum, qui per pro-  
 cessionem proditur à vobis proferentibus non  
 præitur? quomodo & vnum diuisibiliter tria  
 & tria indiuisibiliter estis vnum? Eiusdè in li-  
 bro soliloquiorum: Cognoui te Deum, vnum  
 spiritum sanctum patris, & filij ab vtroque pa-  
 riter procedentem, consubstantialem, & con-  
 ternum patri & filio, paracletum, & aduoca-  
 tum nostrum, qui super eundem Deum, &  
 dominum nostrum Iesum Christum in co-  
 lumbæ specie descendisti, & super apostolos in  
 linguis igneis apparuisti: qui & omnes sanctos  
 & electos Dei à principio tuæ gratiæ munere  
 docuisti; & ora prophetarū, vt enarrarent mira-  
 bilia regni Dei aperuisti: qui ab omnib⁹ sanctis  
 Dei cum patre, & filio simul adoraris, & glori-  
 ficaris; inter quos & ego filius ancillæ tuæ toto  
 corde meo glorifico nomen tuum, quia illu-  
 minasti me. Tu es vera lux, lumen veridicum,  
 ignis Dei, & magister spirituum, qui vnctione  
 tua doces nos omnem veritatem, spiritus veri-  
 tatis, sine quo impossibile est placere Deo, quo-  
 niam tu ipse Deus es ex Deo, et lux de luce pro-  
 cedens à patre luminum ineffabiliter à suo fi-  
 lio domino nostro Iesu Christo. Idem in eo-  
 dem: Vnus est Deus pater, qui solus essentiali-  
 ter de se vnum filium genuit; et vnus filius ex  
 vno patre solus essentialiter genitus, et vnus  
 spiritus sanctus, qui solus essentialiter ex patre  
 filioque procedit. Idem in eodem capite. Neq;  
 enim

*Eodem lib.  
 querendus  
 est.*

enim in illa trinitate proprium erit solius patris, quia ipse genitus non est, sed quia solum filium genuit: neque proprium filij solius, quia ipse non genuit, sed ex patris substantia genitus est; neque proprium spiritus sancti, quia neque ipse genitus est, neque genuit, sed solum ex patre filioque procedere. Idem ad Orosium: Spiritum neque ingenitum esse, neque genitum, quæ in confesso fides est manifestat; nam si dixerimus, ingenitum, duos patres asserere videbimur; si genitum, duos filios credere nos accusabunt; sed ut ea quæ in confesso fides est tenet, neque ingenitus, neque genitus est, sed ex utroque procedit, scilicet ex patre & filio. Et ut id testibus ostendam, dominum nostrum Iesum Christum discipulos suos docentem audi: Quando venerit, inquit, paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit; ille testificabitur de me. Et rursus idem dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam, ut ostenderet ex eo procedere spiritum sanctum, sicut ex patre, insufflauit in discipulos suos, et dixit; Accipite spiritum sanctum. vnus ergo spiritus est patris et filij, vnus spiritus vtriusque. Idem in libro aduersus Maximinum libro tertio: Quæris à me si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam spiritus sanctus, cur vnus filius sit, et alius non sit; filius? Ecce respondeo, siue capias, siue non capias, de patre est filius, de patre est spiritus sanctus; sed ille genitus, iste

*Eodem lib.**Ad Orosium.**Ad Maximinum lib. 3.**c. 14.*

Ioan. 15.

Ioan. 20.

Eiusd. ibid.

c. 23.

iste procedens. ideo ille filius est patris de quo  
 genitus, iste autem spiritus vtriusque, quoniam  
 de vtroque procedit: sed ideo cum de illo filius  
 loqueretur ait, de patre procedit, quoniam pa-  
 ter processione eius est auctor, qui talem fi-  
 lium genuit, & gignendo ei dedit vt etiam de  
 ipso procederet spiritus sanctus. nam nisi pro-  
 cederet, & de ipso, non diceret discipulis, Acci-  
 pite spiritum sanctum, eumque insufflandum  
 daret, vt à se quoque procedere significans, a  
 parte ostenderet flando, quod spirando daba-  
 occulte. Quia ergo si nasceretur non tantum de  
 patre, nec tantum de filio, sed de ambobus vti-  
 que nasceretur, sine dubio filius diceretur ambo-  
 rum, ac per hoc quia filius amborum nullo  
 modo est, non oportuit nasci eum de ambobus.  
 Idem in eodem: Satis sit ergo nobis, quia non  
 est à seipso filius, sed ab illo de quo natus est  
 non à seipso spiritus sanctus, sed ab illo, de quo  
 procedit. & quia de vtroque procedit, sicut iam  
 ostendimus. vnde, & spiritus patris & filij di-  
 ctus est, & reliqua. Idem in eodem libro, Quod  
 sit spiritus sancti fons filius, ergo quantum  
 bonitatis ipse habet, tantum filio dedit. Et  
 quia natura est, non gratia filius, nascenti non  
 indigenti dedit, & plenus plenum, fons  
 bonitatis fontem genuit bonitatis, ac per  
 hoc nec hausit in se hic, quod accipit, nec mi-  
 nuit in se ille quod dedit, quia non habet im-  
 mutabilitas vnde deficiat, non habet plenitu-  
 do quo crescat. Quid est autem ipsa bonitas, ni-

si vita viuificans? proinde quia fons fontem  
 genuit, sicut pater suscitatur mortuos, & viuificat,  
 sic & filius quos vult viuificat. hoc ipse filius  
 dixit, non ego. vnde merito Deo patri dicitur,  
 Quoniam apud te est fons vitæ. quis est autem  
 iste fons vitæ apud Deum patrem, nisi de quo  
 dicitur, In principio erat verbum, & verbum  
 erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat  
 in principio apud Deum? de quo etiam paulo  
 post dictum est, Et vita erat lux hominum; hæc  
 vita fons vitæ est, & lux ista, lux lucis est. Vnde  
 cum dictum esset, apud te est fons vitæ, conti-  
 nuo subiunctum est, In lumine tuo videbimus  
 lumen, hoc est in filio tuo spiritum sanctum,  
 quem tu quoque esse illuminatorem in colla-  
 tionis nostræ prima patre professus es. Fons er-  
 go de fonte, filius de patre, & simul ambo fons  
 vnus, lux de luce, filius de patre, & simul ambo  
 lux vna: sicut Deus de Deo, & simul ambo  
 vtrique Deus vnus, & hoc totum non sine spiri-  
 tu amborum ex hoc fonte vitæ. Idem in quin-  
 to de trinitate capite decimoquarto inquit: Si  
 ergo, & quod datur principium habet eum à  
 quo datur, quia nō aliunde accipit illud, quod  
 ab ipso procedit, fatendum est patrem, & filiū  
 principium esse spiritus sancti, non duo prin-  
 cipia, sed sicut pater, & filius vnus Deus, & ad  
 creaturam relatiue vnus creator, & vnus do-  
 minus; sic relatiue ad spiritum sanctum, vnum  
 principium. Ad creaturam verò pater, filius  
 & spiritus sanctus vnum principium, sicut v-  
 nus

Eiusdem 5.  
 de trin. 14.



nus creator, & vnus dominus. Eadem & horum similia, & in sequenti, & in aliis plerisque tractatibus, & libris theologicis scribit beatus hic pater. Sed quis poterit vnquam in vnum colligere, quæ de hoc argumento conscripserunt verum hæc satis sunt ad cuiusque animum emolliendum, & vt sentiat suadendum, quod spiritus sanctus, & à filio procedat, quemadmodum & à patre.

### SECTIO. VIII.



At quis aduersariorum fortasse dicet, nos huic adherere non opus esse, neque ipsius scripturas sequi, cum occidentalibus sit doctor, & latinus, & si aures nostras multitudine librorum eius onerasti. Ad quos respondendum, si opera eius ab œcumenica synodo comprobata non fuissent, bene se haberet quod dicis; sed quoniam œcumenica synodus ea seruari iubet, idque cum imprecationibus & anathemate, non recte dicis. quod ita se res habeat, audi. Ex actis sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi, Consentit sane in omnibus, sanctisque patribus, & doctoribus sanctæ Dei Ecclesiæ, Athanasio, Hilario, Basilio, Augustino, Theophilo, Cyrillo, Ioanni Constantinopolitano, Leoni, Proclo, cunctaque eorum scripta de recta fide & ad hæreticorum damnationem recipimus. Similiter & ex septima. Reiciuntibus sanctorum patrum sententias, pro dogmatibus Dei Ecclesiæ constituendis

EX 6. & 7.  
Synodo.

dis promulgatas, Athanasij, Cyrilli, Ambrosij, Amphilo-  
 chij, diuini Leonis sanctissimi anti-  
 que Romæ archiepiscopi, Augustini, & reliquo-  
 rum. præterea, & œcumenicorum acta conci-  
 liorum, quarti dico & sexti non amplectenti-  
 bus, anathema. Audis vt anathemati subiicitur,  
 qui Augustini sententias non recipit? non  
 ergo in posterum ambigas pro sancto & docto-  
 re habere Augustinum, cuius gloria magna est  
 in ecclesia Dei. Nosti ergo quomodo, & occi-  
 dentales doctores in omnibus orientalibus cõ-  
 sentiunt quasi eodem spiritu afflatis, & quod  
 etiam ex filio spiritus sanctus procedit, datur,  
 mittitur, immittitur, profluit, infunditur, pro-  
 dit, scaturit, emanat, & spirat: quæ omnia sem-  
 piternam eius processione[m] demonstrant, ex  
 patre similiter & filio: quodq; apertius occide-  
 tales orientalibus clamant clare, ex vtroq; pro-  
 cedere, patre videlicet & filio; neque differunt  
 inter se, sed præclare, & diuine consentiunt:  
 nec potes eos reiicere, synodis palam claman-  
 tibus aduersus eos, qui sententias illorum non  
 recipiunt, Anathema esto. Vnde igitur ex solo  
 patre spiritum sanctum potestis ostendere?  
 doctoribus omnibus clamantibus, & ex filio:  
 & reliqua, ne singula enumerem. Credite igi-  
 tur his doctoribus, & acquiescite nobis qui re-  
 ste vobis consulimus.

### SECTIO. IX.

His



Is igitur à nobis expositis, à diu-  
 nisque & sacris ecclesiæ doctoribus  
 collectis, operæpretiū esse existima-  
 uimus, & de nostro alia quædam ad-  
 iungere, quæ à multis audiendo, & intra nos  
 examinādo inuestigauimus; quibus suasi hu-  
 sanctæ synodo nos subiecimus. Audite sane,  
 vos. Spiritum præterea filij dici spiritum san-  
 ctum, ipse filius dicit, spiritum veritatis vo-  
 cando eum: est autem ipse veritas. & magnus  
 Paulus pluries id fecit. Misit enim, inquit  
 Deus spiritum filij sui in corda vestra. Et  
 quis spiritum Christi non habet, hic non est  
 eius. hoc verbum, & solum fratres ad omnia  
 ostendenda satis est. nam spiritum filij dici, ni-  
 hil aliud denotat, quam quod ex eo est. Quo-  
 enim quidam dicunt veritatem deuitante  
 quod filij spiritum dici esse spiritum, consub-  
 stantialitatem ostendit, aranei tela est; qui pro-  
 pter consubstantialitatem diceretur  
 spiritus eius, propter eandem ipsam, filius etiam  
 diceretur ipsius spiritus, pater quoque & filius  
 & spiritus sancti. at id nusquam reperies. resta-  
 igitur vt emittentis, et producentis patris sit  
 quod producit; nam aliud cogitare fas non  
 est. Præterea spiritus sanctus vel ex solo pro-  
 cedit, vel non ex solo patre; nihil enim me-  
 dium est in contradictoriis. at non ex solo pa-  
 tre procedit. si non ex solo, ergo et ex filio.  
 Quod vero non ex solo patre procedat, hinc  
 manifestum est. primum nullibi apud sacram  
 scri

*Ad Gal. 4.*

*Ad Rom. 8.*

scripturam, neque apud doctores inuenitur id dictum, quod vero à nemine sanctorum dictum est, nemini dicere fas est. Deinde cum producere operatio patris essentialis sit, non prima, & immediata sit, sed per primam, quæ generare, & generatio antea dicta est. Quamobrem etiam filium huius operationis esse consortem necesse est, & per eum spiritum sanctum procedere. Præterea apud omnes doctores in confesso est, spiritum sanctum prodire ex filio. Si ergo prodit ex eo, omnino naturaliter prodit; nihil enim in Deo præter naturam, & aduentitium est. nam creaturarum est non prodire ex Deo natura. Si ergo secundum naturam ex filio prodit spiritus, processionem vero secundum naturam in diuinis dupliciter oportet esse, vel per generationem, vel per productionem; per generationem autem non prodit ex eo: profecto enim esset filius filij spiritus: prodit ergo per processionem: itaque spiritus ex filio processio erit tanquam eius qui procedit ex eo. Præterea spiritum sanctum ex substantia patris esse & filij, omnes doctores orientales pariter & occidentales clamant: sed quod in trinitate ex essentia alicuius est, etiam ex hypostasi eius est. cum ergo spiritus sanctus dicatur esse ex substantia filij, est etiam ex ipsius hypostasi. Quod si quis audeat dicere ea propter consubstantiale esse prolata, ac ut spiritus eiusdem essentia ostendatur esse cum patre & filio, id quidem verum est; & quanto

magis verum est, tanto magis adiuuat nos. nam  
 sic magis est consubstantialis patri & filio spi-  
 ritus, quasi ex eorum essentia, & ex iis prode-  
 ens, siue procedens; quia si consubstantialita-  
 tem tantum simpliciter denotat, vt ipsi volu-  
 necesse esset, etiam patrem ex essentia filij, &  
 spiritus, & filium ex essentia spiritus dici. Sed  
 id hucusque nemo dicere ausus est, neque au-  
 debet, si Christianus esse voluerit. Præterea  
 magno Basilio & plerisque sanctis, filius imago  
 patris dicitur, spiritus imago filij, & filius o-  
 peratio patris, spiritus operatio filij, & filius  
 patris verbum, spiritus filij eloquium, & filius  
 fragrantia patris, spiritus fragrantia filij, sed o-  
 mnia filius patris dicitur tanquã de patre pro-  
 cedens. ergo & spiritus sanctus ea dicitur filius  
 esse, vt qui ex filio sit. Præterea si spiritus non  
 est ex filio, ab eo nunquam personaliter distin-  
 guitur: at id absurdum dictu est; nam ita trini-  
 tas in dualitatem terminabitur. est ergo ex fi-  
 lio spiritus, si personaliter ab eo distingui o-  
 portuerit. Item dicit Christus discipulis, Cum  
 venerit paracletus, quem ego mittam vobis; Et  
 si abiero mittam eum ad vos, quia mitti in Deo  
 à causa esse demonstrat. Testis diuus Chryso-  
 stomus ad Arianos, qui dubitabant, quomo-  
 do eiusdem essentia sit qui mittit & qui mitti-  
 tur. 39. homilia, cum dicit: Rursus ad humani-  
 orationem traducis, nec intelligis omnia hæc  
 ob nihil aliud dicta esse, nisi vt causam scia-  
 mus, neque in Sabellii morbum incidamus.

*Basil. aduer-  
 sus Eunomi-  
 um citat hunc  
 locum Tho-  
 mas c. 32.*

*Ioan. 15.  
 Ioan. 16.*

*Chrysoff.*

sed spiritus ex filio mittitur; ex eo ergo est. Itē quod alicuius est natura, & ex eo est secundum id quod eius est, dicitur eius esse: sed spiritus sanctus est filij, & omnino natura: non est enim præter naturam, neque ut seruus: est ergo spiritus sanctus, quatenus spiritus sanctus, id est quatenus diuina persona in trinitate ex filio. Ad hæc spiritus sanctus relatiuum est: clarumque est spiritum patris, & spiritum filij dici; & refertur tanquam ad spirantem, vel producentē: spirantes vero sunt pater & filius. est ergo spiritus ex patre & filio tanquam spirantibus, & producentibus eum. Præterea spiritus sanctus à filio accipit; is enim dicit, De meo accipiet: Quod autem accipit, essentia eius est, neque aliud est essentia eius, aliud quod accipit; esset enim sane compositum; sed est in summo simplicitatis excessu, tanquam Deus. essentiam ergo suam, & esse accipit, etiam ex filio. Sunt & alia multa testimonia ex diuina scriptura, veluti id, Quem ego mittam vobis à patre. ut illud, De meo accipiet, & annuntiabit vobis. ut illud, Quæcumque audierit loquetur. & illud, Spiritum meum, & patris mittam, in quo confirmabimur. & alia similia, quæ partim late declarauimus, partim propter prolixitatem prætermittimus. Sed ad huius conclusionis veritatem ostendendam, quod spiritus sanctus ex patre & filio procedat, cum multa sint, quæ adduci possent, satis hæc in præsentia sint.

## SECTIO X.



ED quoniam contradictiones quada-  
dam in medium afferunt aduersus  
eos, qui veritatem hanc præ se ferunt  
etiam ad eas pro viribus respondebi-  
mus, eorum sophismata dissoluendo, secundum  
doctrinam à doctoribus traditam. Primum di-  
cunt, quo pacto Dominus dicens spiritum verita-  
tis, qui ex patre procedit, non addidit etiam  
seipsum? sed neque negauit de se, respondebi-  
mus nos, sicut in alijs facit. nam id forte coactum  
fuerit, quamuis nec id satis est ad id compro-  
bandum, quod ij intendunt; quippe qui de  
die & hora illa, nemo scit, inquit, neque ange-  
li neque filius, nisi solus pater. & rursus: Me-  
doctrina non est mea, sed eius qui misit me pa-  
tris. nos tamen recta ratione contrarium cre-  
dimus, diemque illum, & horam sic aperte  
ipsam scire sicuti patrem; eumque cogno-  
scere; & doctrinam eius super omnia eius esse  
decernimus. Si ergo quæ manifesto negauit  
nos cum laude iis contraria credimus; quo pa-  
cto non etiam hic, quæ non negauit pie credi-  
mus? Præterea patrem, & filium arbitrantur  
vel in vnam coniungi personam, si quis ex am-  
babus dixerit spiritum sanctum procedere; vel  
si non id, duo tamen principia, vel duas cau-  
sas inde consequi; quod quidem non minus  
inconueniens est priore; nos vero ad id quod  
afferunt de coniunctione, ita respondebimus:  
quod si personale, siue hypostaticum personæ  
patris, actum producendi poneremus, tunc vti-  
que

*Obiectioni-  
bus aduersa-  
riorum rec-  
spondet.*

*Matth. 26.  
Ioan. 7.*

que id inconueniens sequeretur, vereque esset filius vna cum patre persona, constitutiua proprietatis cum eo communicans. Sed quia personae patris constitutiua proprietatis, paternitas & generatio dicta est esse: producere vero proprietatis, siue notio quae sequitur personam constitutam ipsius, quae necessitas est, eum qui cum illo communem habet eam proprietatem, quae personae eius constitutiua non est, vnam esse cum eo personam? nam sicuti communicans cum patre filius, scilicet spiritum eius esse quemadmodum & patris, & mitti ab eo quemadmodum & a patre: tamen non cum eo persona communicat, quia spiritum dici patris, vel ab eo mitti, non est paternae personae constitutum: sic neque qui productionem cum patre communem habet, in vna personam coniungitur; quia producere non est paternae personae constitutum: quamobrem quousque ostensum non fuerit, producere esse personae paternae constitutum, neque coniunctionem personarum poterit demonstrare. Quod si mirum est duas personas vnum esse principium, et non coniungi: magis mirum erit, quod tres personae sint vnum principium, nec coniungantur. Post haec duo principia nobis attribuunt, dicendo duo principia non posse eos vitare, qui patrem, & filium principium spiritus sancti faciunt: sed primum Latini qui ab iis accusantur, duo principia dicere non audent; vel primum, vel secundum principium, vel vnum ex duobus constans principium.



pium. immo anathemati ita sentientes subiciunt. Ac si quis eos interrogauerit, an filium etiam faciant principium spiritus, utique dicent: quod si patrem? maxime. quod si qui hinc induxerit, ergo duo dicitis spiritus principia, nequaquam illi dicent; sed ex te id concludis. nam nos hanc dictionem, duo, non apponimus. Deinde cum nos vna cum Gregorio theologo dicimus principium de principio duo principia intelligimus? & deum de deo duos deos intelligimus? nequaquam. Diuiti autem Augustinus, pater & filius dicit, non duo sunt principia spiritus sancti, sed ambo vnum principium eius: neque quatenus duo, producant spiritum sanctum: nec quatenus duo, spiritus sancti principia sunt: sicuti creatura nostra tria principia, pater, & filius, & spiritus sanctus, sed vnum eius principium, trinitas deus est. Præterea quia vna & eadem numero virtute ipsi creant, ex vna & eadem communiter deitate procedenti; ideo iure vnus Deus, & auctor dicitur vnus non tres; hocque satis ad declarandum iis, qui dubitant de processione spiritus ex patre, & filio. nam quia vna & eadem virtute simul pater & filius spiritum producant; & quia à patre accipit filius hanc virtutem processionis causatiuam; ideo proprie, & vere vna causa, & vnum principium est processionis spiritus sancti. Itaque nulla ex parte consentanea est ratio eorum, qui nos de duobus principiiis reprehendunt. Sed opponunt: vel perfecta est

est ex patre processio, & inanis ea quæ est ex filio: vel si necessaria ea quæ est ex filio, imperfecta ea quæ est ex patre. Sed contra interrogentur à nobis qui hæc afferunt, an perfecta sit mundi ex patre creatio, vel non: si perfecta, cur filius & spiritus causa eius sunt? at si imperfecta, & ideo filius & spiritus assumuntur, animaduertant quid afferunt: sed perfecta vt arbitror est ex patre entium productio, vna & eadem numero filij, & spiritus ad ea producenda operatio; neque alia est illius, alia horum; nam tum hæc pueriles quaestiones locum habuissent. Sic ergo & hic euenit, perfecta est, & magis quam perfecta est ex patre spiritus sancti processio, vna & eadem numero est ea, quæ est ex eodem filio processio, non alia, & alia, & aliter, nec interdum ea quæ est ex filio, interdum ea quæ est ex patre: sed simul, & eadē æque, cum vna & eadem numero potestate vterq; producat. Postea diuini Ioānis, Damasceni dico, verba sursum deorsum, vt insolubilia obiciunt; cum ille beatus dicit, Ex filio spiritum non dicimus. nec nos negamus sanctum id dicere: neque hoc omnino in dubium reuocamus: hoc enim dixit ille diuinus doctor, non quia non sit, sed quia non dicitur, propter hæreticos. huic simile dicit septuagesimo septimo capite: Christi genitricem, virginem sanctam non dicimus. in alio tractat dicit: Ideo DE I. genitricem virginem sanctam prædicamus, perinde ac DE VM proprie, & vere incarnatum ex ea genuerit. nam

Christum peperisse nō ignoramus, quia Christum genuit. Sed quia impius Nestorius ad evertendum id verbum, quo eam Deū peperisse exprimimus, ea dictione abusus est, non Christi genitricem, sed ex præstantiori eam appellamus. Vides vt Christi genitricē virginem sanctam agnoscit, non dicit tamen, non quia Christum non genuerit, sed quia non dicitur. nam rerum quædam non sunt, sed dicuntur; quædam sunt, at non dicuntur; quædam vero nec sunt nec dicuntur; quædam vtraque sunt, & dicuntur: quippe cum sicuti hic apertissime declarauit, propter Nestorium, & eius sectatores, Christi genitricem non dicimus, non quia non sit. Sic & ppter Eunomiū, qui ex solo filio spiritum esse dicebat, Ex filio, inquit spiritum non dicimus, neq; ex spiritu. Præterea dicitio, ex, apud Græcos principalem causam significat, qualem esse filiū vel mundi, vel spiritus sancti causam non est dicere. Iccirco patres deuitant in eo dictionem, ex, proferre, ne principalis esse causa credatur; sed dictione, per, libentius vtuntur, quæ ordinē denotat. Iccirco beatus hic, per filium, magis ad ordinē respiciens, dicit, dictionem, ex, in patre vtendo, vt vnā ostenderet causam principalem deitatis, & creaturæ patrē. Postea diui Dionysij auctoritatem adducunt. Solus fons super essentialis deitatis, pater est, inquit, iactantes, Quomodo filius spiritus sancti fons esse demonstrabitur, si patrē tantum fontem esse sanctus is dixit? Sed in hoc ecclesiæ doctores

doctores primum incusent Athanasium, & Basilium, qui dicunt aperte filium etiam spiritus sancti fontem esse. nam facer Athanasius in libro aduersus Arianos illud psalmi enarrans, Apud te fons est vitæ; Sciebat, inquit, pater videlicet, apud se habens filium fontem spiritus sancti. Basilius vero libro secundo aduersus Eunomium scribit: Quid igitur nos, quomodo ingenitum patrem, genitum filium confitendo, secundum ipsum esse contradictionem vitabimus? quid dicemus? quod boni patris, bonus est filius, ex lumine vero ingenito lumen effulsit sempiternum: & ex vere vita viuificans profluxit fons; & ex virtute, quæ per se est, dei virtus deprompta est. Et rursus: Idem fons vitæ filius inquit: nam ad patrem dicit David, Apud te est fons vitæ. & rursus alter propheta de Iudæis dicit, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: viua vero aqua spiritus sanctus appellatur. Deinde neque nos filium dicimus fontem esse principalem, vel ex seipso habere, ut fons sit, sed ex patre: pater enim solus fons est superessentialis deitatis; quia ex alio fonte non profluit; quippe qui ex alio non habet ut fons sit; quia prima ei nulla causa est ut sit fons, sed filio pater est. Ac pater fons est, & ut genitor, & ut productor. inde pater simpliciter omnis emanantis deitatis fons est: filius ipsius spiritus tantum. & pater non ad hoc fons est, ad illud autem ex fonte. filius ad spiritum fons est, ad patrem autem ex fonte. Itaque à nobis hoc, sic uti reliqua, recte intelligitur.

## SECTIO XI.



**N**OS igitur his suasi rationibus, veritati celsimus; multum valere dicentes eis qui litigandi, & contradicendi studio loquuntur; benignari, quod non aliunde spes nobis salutis emicabit, quã vniendo nos veritati, & melioribus parendo. Rogamus autem vos, vt eadem charitate, quã à nobis conscripta sunt videatis, atque intelligatis, qua nos ea exposuimus. restant etiam alia, quã dicunt ij, qui veritati repugnant, nullius tamen digna existimationis. Sed multo plura, & meliora, ab iis qui eã asserunt asseruntur: nosq; etiam alia multa & necessaria addere potuissimus, veritati patrocinantibus, & absurda quã ab eis aduersus nos conclusa sunt, reprobare. Sed hæc satis esse arbitramur, nisi quis litigare, & temere contendere maluerit. Ecce igitur ostensum & demonstratum est, vt vires nostræ tulerunt, clare simul, & manifeste, quod spiritus sanctus, qui à nobis colitur, non solũ ex patre, verũ etiã ex filio procedit; & à filio habet esse sicuti à patre, per iam allata testimonia, & sententias sanctorum, partim ex patre, & filio, cum articulo aperte clamantium: partim ex patre & filio sine articulo: partim ex patre per filium cum articulo: tum à patre per filium sine articulo, & ex ambobus essentialiter: & ab utroque: & ex filio

filio est: & ex filio emanans: & per eū prodiens; & profluit ab eo: & ex eo spiritus est: & profluēs naturaliter ab eo: & ex eo spirat: & filius spiritū mittit; quæ oīa substantiā sanctissimi spiritus ex patre simul, & filio demonstrant. non amplius ergo in posterum reprehendere nos potestis, quod ex ignorantia, & inscitia huic sanctæ synodo nos subiecerimus, immo exquisite gnari auctoritatū à sanctis allatarum, quantūque periculi impendat iis, qui patrum dogmata sequi nolunt, quodque exterminatur qui synodum non sequitur, bono consilio nos concilio subiecimus. Hæc igitur œcumenica sancta, & magna synodus diuino nutu, & cura beatissimi Eugenii Papæ, & pij Romanorum Imperatoris Ioannis Palæologi Florentiæ congregata, magnisque luminaribus, & illustribus theologis referta, antiquorum patrum dictis perpenlis, & vt par erat comprobatis, decretum religionis plenum tulit, & quinque articulos quos sanciuit nobis tradidit, non aliquid noui, & ex aliorum sententia introduxit, neque ex se ea in medium protulit: sed ex sacre scripturæ testimoniis deprompsit, atque plurimorum sanctorum doctorum ecclesiæ orientaliū, simul et occidentaliū perlectis theologis expositionibus tradidit; nosque custodiuimus, & custodimus, & seruabimus, vsque ad sanguinem & mortem pro his tanquam orthodoxis, & patrum vocibus excultis depugnando. Quia igitur primam vestram accusa-

tionem

tionem subuertimus, & quæ maioris momenti est: cætera quæ hanc sequuntur, simul subuerunt; vt capite de corpore sublato, totum corpus mortuum manet; nec nos reliquis respondere oportebat, quia hæc simul cum primis perierunt. Sed vt hic noster labor paratus sit omnibus qui ecclesiæ parere voluerint, ad respondendum iis, qui nos accusant, quod ob incertitiam nos Latinis adiunximus, reliquis etiam debitam responsionem adiungamus; per omnia cognoscantur nos iniuste traducti, quodque veritatem quærimus, & pacem sequimur: nec volumus sempiterno igni oblationes coaceruare: immo eas reiicimus, vt a illo igne veluti pij liberemur, nec à iudice dicere te audiamus, discedite à me, quia gloriam hominum dilexistis super gloriam meam, nescitis vos. vnde præstat nos eum sequi & ecclesiæ ipsius, ac eiusdem quoque vestigiis inniti quam eorum disceptationibus, qui falsa sententia ducuntur: qui sacre testimonio scripturæ, stulti & inanes reuincuntur.

JOAN. 12.

Finis primi Capitis.



SECUN

# SECUNDI CAPITIS IN DE- CRETO CONTEN- TI, PROBATIO,

*De mystico videlicet, & sancto sacrificio, quod  
in azymo, & fermentato orthodoxe, &  
vere Christi Dei Corpus conficitur.*

## SECTIO I.



**D** SECUNDVM nunc  
decreti caput accedimus, vt  
conuenientem responsionē  
afferamus: in quo nos incu-  
fatis, dicentes, quod qui ec-  
clesiam sequuntur, ea quę nō

sunt afferunt, de quo sanctę synodi decretum  
ad verbū ita petractat. Item in azymo, siue fer-  
mentato pane triticeo, corpus Christi veraciter  
confici: Sacerdotesque in altero ipsum domini  
corpus conficere debere. vnūquēq; scilicet iux-  
ta ecclesię suę siue orientalis, siue occidentalis  
consuetudinem. In his verbis aperte catholi-  
cę fidei confessio demonstratur; quę nihil exi-  
stimat interesse, si in pane fermentato vel azy-  
mo Christi corpus conficiatur; sed id solum  
respi-



respiciens, ut adsit materia, sacerdos, locus, in-  
 tentio, & verba. ita decernit, perinde ac ea tan-  
 tum ad mysterium celebrandum necessaria sint  
 non ad esse solum, & fieri, sed etiam ad bene ef-  
 fe. Quod si quid ex iis defuerit, putat conficere  
 non posse corpus, & sanguinem. At his quidam  
 obiiciunt, mortuum sacrificium Latinos cele-  
 brare, & Iudaismum sapere in azymo sacrifi-  
 cando, quia scilicet fermentum antea non appo-  
 nunt. Hortamur igitur & nunc vos, ut cum pa-  
 tientia sermonem nostrum audiat, & pura cum  
 conscientia, non dolose vel stulta cum presump-  
 tione consideretis, ut veritatem nosse possitis  
 nec temere, & inconsulte digladiantes litigatis  
 nos impudenter insinuando, quasi absurda  
 & impia sentiamus, qui recta, & vera senti-  
 mus: quippe qui œcumenicæ synodi sententia  
 subiicimur, quæ nunquam erravit. Præterea di-  
 uinorum & sanctorum patrum traditiones fir-  
 miter amplectimur, & integre tenemus simul  
 & capessimus; eorumque pia dogmata, & scri-  
 pta prædicamus, nec libros eorum corrupimus,  
 neque ex nostro sensu loquimur, & sen-  
 tentiam nostram comprobamus: neque eorum  
 dicta deprauamus, ut in sermonis progressu de-  
 clarabimus. cuncta vero quæ dicimus, à sacris  
 scripturis, non ex nobis depromimus: ut unde-  
 quaque noscatur nos concordiam, & ve-  
 ritatem querere; nolentes Christum, qui ve-  
 nus est, diuidere, ut hunc Grecum, alterum  
 Latinum vocemus, neque noui testamenti,  
 id est

id est sancti sacrificij mysterium, duplex esse dicimus: ita vt Christi corpus bifariam partiamur, hunc fermentatum, azymum alterum appellantes; sed vtrunque corpus Christi esse confitemur, & Christi corpus prædicamus: vnum & idem esse existimantes, quamquam varie apud vtrosque conficiatur. Quod autem iniuria Romanam ecclesiam carpitis, quæ in azymo conficit; & nos, qui verum Christi corpus confitemur, Deo freti breuiter ostensuri accedamus.

## SECTIO II.

**P** RIMUM quidem à vobis petimus, vnde id accepistis, fermentatū sacrificari oportere, non azymum: à Christo ne, qui hoc mysterium primus instituit, atque tradidit, an ab Apostolis, vel à sacris ecclesie doctoribus, qui postea successerunt? ostendite nobis vnde id accepistis. at id vel multo adhibito labore non potestis: nemo enim ex doctoribus hucusque ausus est dicere; sed simpliciter pane, & vino sacrificium confici debere omnes aiunt: ante omnes euangelistæ, & beatus Paulus. nam quoties comederitis panem hunc, euangelistæ dicunt, & biberitis calicem hunc. beatus vero Paulus, ego accepi (inquit) à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus, in qua nocte tradebatur accepit panem. Et beatus Iacobus Hierosolymorum primus hierarcha, sic inquit; Magnus pontifex,

*Euangelistæ.*

*1. Cor. 11.*

*Iacobus in Liturgia.*

&

& magister noster Christus Deus, nocte illa, in qua ad passionem adductus est, accepit panem. Et post hos diuus, et sacer Basilius, cum panem inquit, in sanctas, & immaculatas manus suscepisset. Et aureus ille lingua Ioannes, sumptum pane inquit. ac ne singulos enumerem, omnino vno ore sacre classis doctores sic asserunt: quibus ostenditur eos azymum non repudiare: quoniam in verbis his exacte nouerunt vtrumque comprehendi. Idcirco ecclesia nullum discrimen intercedere arbitratur inter fermentatum, & azymum, dummodo ex tritico confectus sit panis: & propterea statuit dicentem nil aliud ad sacrificij vsum offerri quam ex tritico panem, secundum verbum domini, qui frumento similem facit. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si vero mortuum fuerit, multum fructum affert. Sic & Christus moriens, omnino ab inferno liberauit. & vitis fructus eiusdem verbis ostenditur; ego sum inquit vitis veram iam non bibam ex genimine vitis huius, resurrectionem suam significans. Ex hoc ergo quid ostenditur, non posse nos vti, neque hoc deo, neque auenæ, vel alio semine; quemadmodum neque vino ex alia re confiato, sicera, vel melle, vel lacte; sed ex vite secundum verbum Domini. Reliquum igitur est vobis ostendere, quid id fuerit, quod dominus fecit cum tradidit hoc mysterium; azymum ne, vel fermentatum? quoniam ex nemine doctorum

*Basilij.*

*Chrysoptomi.*

*Ioan. 12.*

*Marc. 14.*

depre

deprehenditur aperte, quod nam id fuerit, vt  
antea patefecimus. Vos quidem dicitis fermenta-  
tarum id fuisse, cum à nemine sanctorum id ac-  
cipiatis. nos vero azymum dicentes, à doctori-  
bus id sumentes dicimus. Quod ita se habeat,  
pater. in primis euangelista Matthæus dicit ca-*Matthæi.*  
pite vigesimo sexto: prima autem die azymo-  
rum accesserunt discipuli Iesu dicentes, vbi vis  
paremus tibi comedere pascha? at Iesus dixit,  
ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Ma-  
gister dicit, tempus meum prope est, apud te fa-  
cio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt di-  
scipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt  
pascha. *Marc. 14.* Diuus vero Euangelista Marcus dicit:  
prima die azymorum, quando pascha immola-  
bant, dicunt ei discipuli eius, quo vis eamus, &  
paremus tibi, vt manduces pascha? & mittit  
duos ex discipulis eius, & dicit eis: Ite in ciui-  
tatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ  
baiulans, sequimini eum; & quocunque intro-  
ierit, dicite domino domus, quia magister di-  
cit, vbi est refectio mea, vbi pascha cum disci-  
pulis meis manducem? & ipse vobis demon-  
strabit cœnaculum grande stratum, & illic pa-  
rate nobis comedere pascha, & abierunt di-  
scipuli eius, & parauerunt pascha. *Luc. 22.* Lucas vero  
euangelista facundissimus sic ait; appropinqua-  
bat autem dies azymorum, quæ dicitur pascha.  
Et post pauca: venit autem dies azymorum, in  
quo oportebat immolari pascha, misitque Pe-  
trum, & Ioannem dicens, euntes parate nobis  
pascha,

pascha, vt comedamus. & cum discessissent  
 parauerunt pascha. Considera ergo sedulo  
 quo pacto accedunt, & quid petunt. vbi vis  
 aiunt, paremus tibi comedere pascha? nam  
 vespere illo oportebat eos comedere, vt euangeli-  
 stæ dicunt, hic prima die azymorum, alter  
 prima die azymorum, quando immolabant  
 pascha. Qualis nam est hæc prima dies azymo-  
 rum, quam tres euangelistæ concorditer præ-  
 dicant? hanc nobis aurea lingua declarat. di-  
 cit enim homilia 81. in Matthæum, pri-  
 mam azymorum esse eam, quæ præcedit azy-  
 ma; nam à vespera semper numerare Iudæi  
 consueuerunt; & huius mentionem facit, in qua  
 vespere pascha immolari oportebat: quippe qui  
 quinta sabati accesserunt, & hanc ille ante azy-  
 ma vocat, tempus dicens quo accesserunt. alter  
 vero dicit, venit autem & dies azymorum, in  
 quo oportebat immolari pascha. venit (inquit)  
 idest prope erat, in foribus aderat, vesperæ il-  
 lius mentionem faciens; quia à vespera inci-  
 piebant: ideo vnusquisque addens dicit, quan-  
 do immolabatur pascha.

*Chrysost.*

### SECTIO III.

**H**ABE sigitur quod hanc diē dicit ante  
 te azyma, qua vespere pascha immo-  
 ri oportebat. ac liquido cōstat, quod  
 tempus erat paschatis illud. Iccirco  
 ex euangelistis, hic inquit, vespere autem factum  
 discubuit

discubuit cum duodecim discipulis suis. ille  
 vero, vespere autem facto venit cum duodecim; *Matth. 26.*  
 tertius, cum facta esset hora discubuit, & duo- *Marc. 14.*  
 decim apostoli cum eo. propterea festinantes *Luc. 22.*  
 ad magistrum accedunt, quia in foribus erat,  
 quasi dicentes, hora appropinquauit, in qua lex  
 iubet abiici fermentatum à nobis. Ergo dic  
 nobis vbi apparatus iste fieri debet, quia adest  
 hora eius. at is videns eos de apparatu paschatis  
 esse sollicitos, & tempus eius adesse, misit eos di-  
 cens; ite in ciuitatem, & reliqua, & parate no-  
 bis pascha. diligenter ergo considerandum: hi  
 interrogant vbi parandum sit pascha, ille vero  
 explanat vbi pascha parandum sit. quid igitur  
 est quod queritur? quodnam pascha erat id ar-  
 ticulo addito expressum? non enim sine arti-  
 culo dicit, parate pascha, sed cum articulo. hoc  
 quid erat quod ipsi, & ipse cum sollicitudine  
 parari exposculant? Et quomodo Iudæi debe-  
 bant facere id? vbi pascha sancitum est? audi de  
 hoc paschate, quid dicit dominus ad Moysen *Exod. 11.*  
 in exodo: Mensis iste vobis principium men-  
 sum, primus erit in mensibus anni, loquimi-  
 ni ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & di-  
 cite eis, decima die mensis huius tollat vnus-  
 quisque agnum per familias, & domos suas.  
 si autem minor est numerus, vt sufficere pos-  
 sit ad vescendum agnum, assumat vicinum  
 suum, qui coniunctus est domui suæ iuxta nu-  
 merum animarum, quæ sufficere possunt ad  
 escum agni. Erit autem agnus absque macula

anniculus, iuxta quem ritum, tolletis & ha-  
 dum, et seruabitis eum vsque ad quartum de-  
 cimū diem mensis huius, immolabitque eum  
 vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesp-  
 rā, & sument de sanguine eius, ac ponent super  
 vtrumque postem, & in superliminaribus do-  
 morum, in quibus comedent illum, & edent  
 carnes nocte illa assas igni, & azymos panem  
 cum lactucis agrestibus. Et paulo post: Sic autem  
 comedetis illum, renes vestros accingetis  
 & calceamenta habebitis in pedibus, tenent  
 baculos in manibus, & comedetis festinante  
 est enim pascha domini. Nosti ergo quid pas-  
 cha sit? sumere agnum immaculatum, an-  
 culū, à decima die mensis, & seruare, & custo-  
 dire eum vsque ad quartumdecimum; & quat-  
 tadecima mensis vespere, sacrificare illum, &  
 reliqua; & comedere assa igni, & azyma com-  
 dere ipsa in lactucis agrestibus, & præterea festi-  
 nantes, quia pascha est domini. Hoc est il-  
 lud legale pascha, quod lex iussit facere filiis  
 Israel. Si hæc ergo ita se habent, & hi quidem  
 de paschate dicunt, ille vero exponit de pascha  
 te, quale nam pascha quærebant discipuli para-  
 re? legale & consuetum illis, an nouum aliud  
 nam cum Iudæi essent, idem pascha, quod tran-  
 sitū rubri maris significat, celebrabant, pascha  
 enim transitus exponitur, ideo quod de mor-  
 re sacrificare debebant, id parare quærebant.  
 Et scriptura testatur, Christum auctorem esse  
 legem seruandi, & adimplendi; ita enim ipse  
 de

de seipſo dicit, Ego non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Et iterum, Facilius eſt cælum, *Matth. 5.* & terram præterire, quam de lege iota vnum, *Luc. 16.* vel vnum apicem cadere. Quomodo ergo oportebat eum alia agere, quam quæ ad legem pertinebant? ergo cum auctor eſſet legis adimplenda, adimpleuit, quod à lege ſancitum erat paſcha, ab eo vero prius in monte Moyſi, qui Dei faciè vidit, traditum, vt lex iubebat. Quod ſi quis dixerit, quod cum Apoſtoli Iudæi eſſent, vt ante expoſuimus, & legem, vt par erat ſeruarent: ſi nouiſſent eum aliud, quam quod lex iubebat, agere, non eum ſecuti eſſent, & cum eo paſcha comediſſent, non aberrabit à vero: ſed ſciebant eum exacte ſemper ſeruare legem: iccirco ipſum ſequi geſtiebant. Quod autem legem ſeruaret, audi aurea effundentem verba *Chryſoſt.* Ioannem in homilia octuageſima prima in Matthæū dicentem, qua de cauſa paſcha peragebat? in omnibus vſque ad extremum diem oſtendens, legi ſe non eſſe contrarium; ne autem legi contrarius eſſet, legem peragebat. Exacte igitur ex eo oſtenſum eſt, quod legale paſcha pararunt, vt alter euangelistarum teſtatur, erat autem paſcha, & azyma. Quidnam eſt igitur quod quæritur? quid ex hoc tam multis verbis probare contendimus? ab omni prauitate fidelem oportet vindicare; omne concertandi ſtudium, litem, & ſtultā præſumptionem de corde opus eſt eum propulſare, qui ſuæ ſalutis cupidus eſt: quia ſaluator noſter, tem-



pore sanctæ legis peregit pascha : neque antea  
 peregit, vt quidam volunt, neque post, sed suo  
 tempore, & hora vt iussum erat. huius rei te-  
 stis est Lucas euangelista cum dicit: Et cum facta  
 esset hora, discubuit cum duodecim. non  
 enim dixit, quando facta est dies, nam alia dies  
 non præterierat præter eam, in qua dicit: ve-  
 nit autem dies azymorum in quo immola-  
 bant pascha. sed quando venit hora? Apertum  
 est quod illa hora erat diei paschatis, quo id co-  
 medit dominus noster Deus Iesus Christus. vbi  
 vero dicit, discubuit cum duodecim, ambi-  
 guitatem, vel dubitationem aliquam non præ-  
 bet nobis: non enim ex hoc ostendere volu-  
 mus aliud esse cænam, aliud pascha; sed quod  
 tempus azymorum erat, quo incipiebant azy-  
 ma per septem dies comedi; in quibus fermenta-  
 tum inueniri non oportebat. nam à prin-  
 cipio paschatis incipiunt azyma. at cœptis a-  
 zymis nemini licebat domi fermentatum ha-  
 bere, cum id manifeste lex prohiberet. Sed post  
 agni esum stantes, & festinantes, aliudque  
 agentes (vt in traditione eius scriptum est) co-  
 medentes; & alia fercula prandentes discum-  
 bebant, neq; lex eos sedere prohibebat: nam  
 pascha stantes peragebant, vt supra dictum est.  
 sed hoc transacto prandentes discumbebant:  
 non enim stantes per totos septem dies come-  
 debant, sed prima tantum die, postea sedebant  
 comedentes. Hinc ostenditur, quod post esum  
 paschæ saluator cum suis discipulis, cum vel-  
 let

let prandere discumbebat. huius rei mecum  
 testis erit aurea Ioannis lingua: dicit enim in *Chrysof.*  
 euangelii enarratione quasi interrogans, Cur  
 si pascha comedebant, contra legem comede-  
 bant? oportebat enim eos non discumbentes  
 comedere. Sed non discumbebant ad esum  
 paschatis, sed post eius esum: deinde sedentes  
 comedebant. post canam vero sumpto pane,  
 benedixit, & dixit, Accipite comedite, hoc est  
 corpus meum, hoc facite in meam commemo-  
 rationem; similiter & calicem postquam cœ-  
 nauit dicens, Bibite ex hoc omnes. Si ergo  
 post canam, vt euangelista dicit, tradidit illis  
 mysterium, vbi tunc erat fermentatum? nam  
 pascha erat, & azyma. quæ cum inciperent,  
 fermentatum vsque ad septem dies non repe-  
 riebatur. quod hoc verum sit, quid dicat lex  
 audiamus. Septem diebus azyma comedetis. *Exod. 13*  
 in primo die non erit fermentum in domibus  
 vestris. quicumque comederit fermentum, pe-  
 ribit anima illa de Israel. à primo die vsque ad  
 diem septimum, dies prima erit sancta, atque  
 solemnis, & dies septima eadem festiuitate ve-  
 nerabilis; nihil operis facietis in eis, exceptis  
 his, quæ ad vescendum pertinent, & observa-  
 bitis azyma. in eadem enim ipsa die educam  
 exercitum de terra Ægypti, & custodietis diem  
 istum in generationes vestras ritu perpetuo.  
 primo mense quartadecima die mensis ad  
 vesperam comedetis azyma vsque ad vi-  
 gesimam primam diem eiusdem mensis  
 ad

ad vesperam. septem diebus fermentatum non  
 inuenietur in domibus vestris. qui comederit  
 fermentum, peribit anima eius de cætu Isra-  
 tam de aduenis, quam de indigenis terra.  
 mne fermentatum non comedetis, in cunctis  
 habitaculis vestris, edetis azyma. Audisti,  
 principio paschæ à vespera quartadecima die  
 mensis vsque ad vigesimam primam, non de-  
 bere inueniri fermentatum in domo alicuius.  
 Dominus vero post esum paschatis, stans, ve-  
 sæpe dictum est, & peractis omnibus secundum  
 legem, cum postea discubuisset dixit, deside-  
 rio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum  
 antequam patiar; postea cum apostolis conca-  
 nabat, cæna enim erat. post cænam autem ac-  
 cepto panè benedixit, quod cum post cænam  
 dixisset, omnè sustulit occasionem iis, qui qua-  
 runt occasiones: quippe cū si id ante cænam pro-  
 tulisset, quodammodo umbrâ auxiliij reliquisset  
 iis qui litigare exoptant: dicentibus ante cænam  
 mysterium peregisse, dum azymorum tempus  
 præteriret. Iccirco nihil noui, si fermentatum  
 panem Christus sumpsisset, & in eo mysterium  
 peregisset. Sed post cænam dixit; nam sublatum  
 fermentum erat paschatis tempore, nec vs-  
 quam reperiebatur post tertiam horam diei il-  
 lius, in qua vespere pascha immolabatur. hunc  
 morem vsque ad hanc diem Iudæi seruant.  
 Vnde autem sumpsit panem? ex mensâ vbi co-  
 medebant. quid comedebant? azyma. acce-  
 pto vero panè qui se obtulit in mensâ illa, my-  
 sterium

sterium tradit. Qualis nam panis? azymus: non enim oportebat alium adesse: quoniam legale pascha peragebatur, & azyma erant, quia incipientibus azymis, locum secundum legem, fermentata non habent.

## SECTIO IIII.

**A**T quid afferunt, qui contra sentiunt? non id erat legale pascha. omnia debebant esse asla igni, & azyma. atque in eo sunt ius, panis, catini, vinum. itaque non illud erat. Cum hæc dicunt, videntur vnum & idem pascha, & cæna. Sed non est, nam aliud est pascha, aliud cæna, vt dictum est. in paschate enim (quod à nobis sæpe iam expositum est, quamquam ij non intellexerint) cuncta oportebat esse asla igni; quod pascha stantes comedebant, quod & Christus fecit ante cænam; post in cæna discubuit, & comederunt ius, & alia quæcunque libuit. Quod autem legale pascha tum peregerit Christus dominus noster, aureus Ioannes id testabitur in homilia ante dictam euangelistam Matthæum. dicit enim, post legalis paschatis esum mysterium tradit. Id & Damascenus Ioannes 24. *Chrysof.* capite theologiæ, qui incipit, Bonus, & omnino *Damasceni.* bonus, & super omnia bonus Deus. post alia quedam dicit, in cænaculo igitur sanctæ, & gloriose Sion antiquum pascha cum comedisset, & vetus testamentum omne compleuisset, discipulorum pedes abluit. Audis quod vetus pascha

scha comedebat Christus? quomodo dicitur  
 legitimum pascha non esse? ignoro enim al  
 si aliud priscum pascha, & aliud legale. Quo  
 si quis dicat, quod & si pascha paratum fuit  
 non secundum veterem figuram fuit paratum  
 scilicet, vt haberet azyma, agnos, lactucam agre  
 stem, & alia, ( nam ea cessare oportebat, ) sciam  
 primum, quod Christum nil aliud facere oport  
 tuit, quã quod lex iubebat, ne legis transgre  
 for iudicaretur: deinde qui parabat id, Zeb  
 dæus erat: qui cum Iudæus esset, nil aliud feci  
 set, quam quod lex iubebat. Si vero dixerint  
 in hoc paschate mysterium traditum non esse  
 & propterea fermentatum esse potuisse, non  
 permittit iis aurea lingua. nam in prima ho  
 milia in Matthæum scribit. Qua de causa pa  
 schatis tempore, non alio die sumpto pane fre  
 git, & mysteria peregit? vt vnde quaque nosce  
 mus eum esse antiquæ legis latorem, & quæ in  
 ea continebantur, propter hæc prius adumbrata  
 fuisse. ideo vbi est figura, veritatem ad  
 iungit. Sin autem dixerint, dominum eo an  
 no legale pascha non comedisse, quia dixit, de  
 siderio desideravi hoc pascha manducare vor  
 biscum antequam patiar, cum exultatione ad  
 ducentes, non fuisse ei optabile quod alias  
 comedisset: sed aliud aliquid noui quod op  
 tibat. Chrysoströmus ipse de hoc, non alius  
 responsonem afferet. nam in homilia eadem  
 dicit: post esum legalis paschæ mysterium tra  
 dit dicens, accipite comedite, & reliqua, quo  
 niam

*Alia Obie-  
ctio.*

*Alia Obie-  
ctio.*

*Chrysostr.*

*Obiectio.*

*Chrysostr.*

niam in posterum cessare legalia oportebat, & legalium festiuitatum caput: & ad alteram transit mensam formidabilissimam nouæ legis. Audis, quod post esum legalis paschatis mysterium tradit, idest legale comedit pascha, & post carnam mysterium tradidit? quomodo igitur fermentatum potuit adhuc retinere cum azyma incepissent? Illud vero, desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, hunc habet sensum; quod anno hoc, quo terræ salus futura erat, & mysteria tradi, ac cætera per mortem dissolui oportebat, eo pacto crucé animo voluebat, vt nihil aliud aque in mente haberet, ac mori pro communi salute. Si vero dixerit quis, quando dicit Chrysostomus, Ad aliã Obiectio. 5. transit mensam formidabilissimam, per id fermentatum significari, vt abrogaret, quæ secundum legem afferebantur: sciant quod ad aliam mensam transire, non propter azyma dicitur: quia azyma neq; sacrificium erat, neque vt sacrificio iis utebantur Iudæi, ac necesse erat ea cessare, (percunctentur hæc à Iudæis, atque edificant) sed quod nō amplius carnea mensa carnem, & sanguinem sacrificaturi erant. quoties enim, inquit, panem hunc comederitis, & calicem hunc biberitis, mortem meam nunciate, resurrectionem meam confitemini. Propterea altera mēsa formidabilissima dicitur, quia formidabilia mysteria in ea peraguntur: sanguis videlicet, & corpus Dominicū, nō sacrificia vitulorum, vel taurorum, vel hircorū sanguis: nam  
illa

illa mensa per agni, & vituli sacrificium, ma-  
 rubri transitum in memoriam reuocabat, &  
 Ægyptiaca seruitute liberationem. Hæc autem  
 diuina, & sacra mensa, salutarem agnum  
 memoriam reuocat, qui Dei filius est, & tollit  
 peccata mundi: qui non eduxit nos ex Ægypto  
 in terrenam Hierusalem, sed à morte ad vitam  
 sed à terra in cælum, remissionem donans pec-  
 catorum. Huius rei testis idem Chrysoström  
 enarrans hoc idem in eadem homilia. inquit  
 enim: Non conturbati sunt discipuli audien-  
 tes eum, qui dicebat: Hoc est corpus meum  
 quoniam multa, & magna de hoc antea  
 ipsis disseruerat, ut in diuersis locis Ioannes  
 dicit enim passionis causam, peccatorum esse  
 remissionem: sanguinem vero noui testame-  
 nti vocat, quasi quod nouum testamentum  
 tineret; nam quemadmodum vetus oues, &  
 vitulos habuit: ita & hoc domini sanguinem  
 hinc etiam quod moriturus est patefacit. id  
 & testamenti meminit. antiquum etiam  
 memoriam reuocat, quia & id per sanguinem  
 innouatum est. Et rursus causam mortis  
 ponit, quod pro multis effundetur in remissionem  
 peccatorum. quid docens dicebat? Hic  
 facite in meam commemorationem; ut illud  
 in commemorationem Ægypti miraculorum  
 fiebat, sic & hoc in meam. is sanguis in pro-  
 pter progenitorum salutem effusus est, hic in remissionem  
 peccatorum. Ac ut Moyses dicit,  
 erit vobis in memoriam sempiternam; sic

*Chrysostr.*

ipse in meam commemorationem donec veniam: pascha enim trado, per quod vos spirituales facturum sum. Audis quid hoc significat, ad aliam mensam formidabilissimam? quia carnea illa illius mensæ erant, hæc spiritualia; illa visibilia, hæc inuisibilia, & intempera mysteria, quanquam sacerdotum manibus propter summam eius bonitatem tractentur. & quia illa non mysteria, sed figuræ tantum: quia id erat tantum, quod oculis cernebatur; hæc vero mysteria, non figura, sed ipsa veritas; & quia aliud est visibilis species, aliud quod per eam intelligitur. nam in visibili pane verum Christi corpus continetur; quod angelis tantum vident & venerantur. ideo formidabilissima, & alia mensa dicitur; non quia azyma vel fermentata sint. tunc enim Christus Iesus de fermentato, vel azymo non curabat; sed simpliciter tantum de pane, ut suum mysterium traderet. percipite fratres, percipite. at nunquã poteritis, nisi & ipsi credideritis. si non credideritis, inquit, non intelligetis, quia & nos cū credidimus, intelleximus: dicimusq; hæc, quæ vos videtis, & auditis. non enim ex doctrina, sed ex fide dicimus quæcunque dicimus. Ut autem cognoscatis, non totam legem veterem suo aduentu Christum sustulisse; sed alia ad mitius traduxisse, alia abscidisse, alia immutasse in aliam formam, & hoc adiungamus.

## SECTIO V.

NAM





AM quattuor quædam lex antiqua  
 continebat, iudicialia, mysteria, moralia, & adumbrata. iudicialia ad melius  
 traduxit: nam quum in adulterio deprehensam, & eos qui de adulterio damnati essent, lex iuberet lapidari, dominus dixit, qui ex vobis est sine peccato primus lapidem iaciat aduersus eam. Et iterum, dente pro dente, oculum pro oculo, & reliqua; quum tibi dexteram maxillam percusserit, verte eam ad alteram. moralia auxit dominus, quæ sunt mandata, & præcepta eius, non furtum facias, & hæc hæc, quæ diuini apostoli pro fundamentum habentes euangelica doctrina mundum illuminauerunt; ubi dicunt, ne diligatis mundum hunc, neque quæ mundi sunt, quia mundus transit, & gloria eius, & reliqua, nec singula enumerem. figuralia, & mystica (nam idem hæc duo significant) sustulit dominus circumcisionem scilicet, sabbatum, animalium immolationes, pascha, & agnū, adumbrata in aliam formam commutauit dominus, pro umbra veritatem formans. pro ardenti rubo, virgo, quæ non comburitur; pro columna ignis sol, ipse iustitiam; pro Mose, Christus; pro virga, crux; pro arca, immaculata eius ecclesia: pro transitu rubri maris, pascha, in quo nouum figurabatur; & hoc superueniente sustulit illud. pro agnō, Christus; pro sanguine, Saluatoris sanguis; pro nube, & igne, sanctum baptisma. Sed quid opus est cuncta enumerare? cum omnes opti-

*Ioh. 8. c.*

me

me noscant, legis adimplendæ non soluendæ  
 auctorem fuisse Christum. Habes igitur ex  
 his, non de azymo dicere, qui dicit, occisus ces-  
 sare fecit quæ à lege afferebantur; sed de agno-  
 rum, hædorum, ouium, & bouum sacrificio,  
 quod verum Dei agnum significabat, & figu-  
 rabat, qui tollit peccata mundi. & illo immo-  
 lato, sublata ea sunt quæ ipsum figurabant.  
 azymū enim neq; sacrificium erat, neque eum  
 saluator sustulit. Si vero dixerit quis, illud vm-  
 bram fuisse, respondebimus, immutatum in a-  
 liam formam fuisse à Christo volente suum  
 corpus in eo confici. His igitur quantum sa-  
 tis est explanatis, redeamus eo vnde digressi  
 sumus; quod possibile non erat fermentatum  
 panem in illa mensa adesse, tempore azymo-  
 rum iam capto; nam si rescisset Iudas magi-  
 strum fermentatum esitasse; nullam prodi-  
 tionis causam maiorem inuenisset, quam legis  
 transgressionem, cum in azymorum die fer-  
 mentatum panem seruaret. quærebat enim  
 causam, & occasionem Iudæis illum prodendi.  
 attamen ii Pilato non dixissent, cū percuncta-  
 retur ab iis quid mali fecisset; quia nos legem  
 habemus, & secundum legem debet mori. sed  
 sic vtrique dixissent (quæ etiam rationi consen-  
 tanea, & iusta erat causa) quod legem trans-  
 gressus esset. aliud pascha lex nostra iubet, a-  
 liud ipse fecit. post pascha panem ferment-  
 atum lex vetat, ipse vero deprehensus est in  
 azymorum diebus fermentatum panem  
 seruare,

seruare, quem lex eximi ex numero filiorum  
 Israël aperte clamat. at hoc quidem non dixe-  
 runt. qua nam de causa? quia dicere non po-  
 tuerunt. Si igitur cum multi falsi testes access-  
 sissent de alijs criminibus testificantes, & præ-  
 terea falsis, quorū testimoniū non erat conue-  
 niens, cur id non dixerunt: vel testimoniū  
 non tulerunt; quod sine dubio turpissimam  
 minatur mortem iis, qui transgrediuntur? Ad-  
 miror igitur admodum, quomodo Iudæi cau-  
 sam sedulo quærentes, non inuenerunt, cum  
 multum insudassent, neque Iudas. Et nun-  
 fratres nostri causam, & prætextum iustissimam  
 Iudæ subministrant, simul ac Iudæis. etenim  
 ijà Pilato interrogati, quam causam erga in-  
 stum hominem afferrent? aliud dicere non  
 potuerunt, quam quod Deum seipsum, & Dei  
 filium appellaret. cumque ad hoc testifican-  
 dum multi falsi testes accessissent, id non inue-  
 nerunt. Ipsi vero nunc transgressorem Chri-  
 stum aperte faciunt, iureque ipsum à Iudæis da-  
 mnatum, volentes nolentes egregie compro-  
 bant. hi profecto fletu, & misericordia digni  
 sunt, qui hæc dicunt. Præterea si secundum  
 vestram intentionem fermentatus erat, neque  
 sic iure potestis Romanā in simulare Ecclesiam  
 quod in azymo sacrificat; quemadmodum, &  
 ea orientalem non reprehendit, si in fermenta-  
 to sacrificat. Atqui cum caput ecclesiæ sit  
 incusare poterat, & damnare qui eam non se-  
 quuntur; nam ipsa firmiter nouit in azymo  
 Christi

Christum sacrificasse, cum in cœnaculo una cum suis discipulis cœnauit; & similiter eos in suam commemorationem iussit facere. Quod autem in iis septem paschæ diebus, fermentatum esset vetitum, Chrysostomum patrem rursus audiamus, in prima ad Corinthios epistola: *Chrysost.* dicit enim, Antea exposuimus cur ab omnibus finibus pellatur fermentum. ænigma hoc quid ostendit? ab omni prauitate oportet fidelem discedere. nam quemadmodum mortem moriturus, apud quem vetus fermentum repperitum fuerit; sic & nos, ubi malitia reperta est, non enim magna pœna statuitur in umbra, in nobis vero non multo maior. Si enim domos ita perpurgant, ut in murium foraminibus anxie versentur; multo magis nos animam excutere oportet. cum igitur murium foramina anxie disquirant, multo illi magis solliciti ad excutiendum fuissent, an Christus ea nocte fermento fuisset usus, ut legi aduersus. *Eiusdem.* Aurea verba effundens Ioannes in 8. homilia in euangelistam Matthæum dicit, quod usque extremam diem ne legi contrarius videretur, pascha peregit. vltima vero dies fuit, quando cruci affixus est, in qua voce magna dixit, consummatum est. consummata sunt, scilicet intelligens quæcunque prophetæ, & lex præscriperunt, & dixerunt. quod si non fecisset, ut isti dicunt, magis legi aduersus ostenderetur, non secundum legem pascha legale peragendo, sed panem fermentatum seruando; præsertim cum

Iudas tunc adesset, & rationem prodendi perquireret, ut eum Iudæis proderet. At hoc nullo pacto est. sed cum auctor legis esset adimplenda, & seruanda, ut dictum est antea, secundum legem peregit omnia: ac ex necessitate fuerunt azyma, & azymum præbuit. Quid igitur peritis? interrogamus; azymum ne erat quod Christus præbuit, an fermentum? si azymum, præ nobis id est; si fermentum Christum legis transgressorem esse vel inuiti ostenditis, cum in azymorum die fermentatum panem seruasset.

## SECTIO VI.



ED quid dicit Xanthopulus? præcedenti die id fecit. Hoc apud eos quod mensis compotes sunt stultum, & ne sensu existimabitur. nam si præcedenti die fecisset, in tempore non effecisset. si vero non in tempore, nec illa hora effecisset, transgressor legis ex necessitate Christus conuincitur: quod lex quartadecima die mensis vespere iubet pascha immolari. quod si die præcedenti, ut vos dicitis, effecit, tertiadecima die apparet effecit. Si vero tertiadecima, aduersus legis mandatum ostenditur, quæ iubet quartadecima fieri. Si aduersus, ergo & legis transgressor. reliquum igitur est ut credatis eum non anticipasse, sed in tempore fecisse. Præterea si dicit lex, vespere pascha celebrari oportere, & Christus vespere peregit, non transgressus est secundum euangelium listam Lucam, qui dicit, & quando venit hora discu-

*Nicephori  
Obiectioni  
respondet.*

discubuit. nam si media die fecisset, dici poterat eum anticipasse vel horam, & ideo fermentatum fuisse. At non ita factum est. discipuli præterea (vt saepe dictum est) cum Iudæi essent, aliter quam præstituto tempore agere non debuerunt. præstituta igitur à lege die fecit, & quando azyma erant, vt diuinus dixit Lucas, id est prima die azymorum, quo pascha immolari oportebat. Quomodo igitur anticipauit, si prima die azymorum discipuli accesserunt, petentes vbi vellet parari pascha? ostensum enim est quod legale tum pascha parabāt, & die præstituta peregerunt. nam qui vel prius, vel post effecit, transgreditur. quamobrem vti vos existimatis, & Christus transgreditur, quoniam tempus anticipauit. sed nemo mentis compos id vnquam percipiet, vel dixerit vnquam. sed vnusquisque magis in tempore, & secundū legē fecisse dicet. id testabitur aurea lingua. sed omnia audentes Iudæi, tempus præuerterunt. dicit enim hic magnus pater 84. homilia in Ioannis euangelium super ea verba, adducunt Iesum à Caipha in prætorium. Cur eo ipsum abduxerunt, vbi omnes erant congregati? vt ex pontificum sententia cuncta peragerent. nam is tūc erat pontifex, & omnes eum expectabant. ita ob hoc pernoctabant, & vigilabant, quia tum pascha non comederant inquit, sed propterea vigilabant: dicēs enim, quod mane erat, Ioannes subiunxit: non sunt ingressi prætorium, vt nō contaminarentur: sed vt pascha manducarent.

, Quid igitur dicemus? quod altera die comederunt, & legem violauerunt, vt cupiditati ardebant inferuirent cędem hanc perpetrarunt, nam tempus Christus non transgressus est paschatis, cum vespere id comedisset. Sed iudei audebant, omnesque leges conculcabant, nam quia vehementer ira ætuebant, nec interficere poterant, quamuis id saepe aggerent, essent, tunc cum ipsum inopinato comederunt, hendissent, maluerunt pascha omittere, vt cupiditatem eum, iugulandi explerent. An hoc eos tempus, & legem transgressos esse, Christus non transgressum esse? vbi sunt qui dicunt eum antiipasse. His igitur ita se habebimus, & ita liquido comprobatis Christum tradidisse apostolis azymum in die azymorum, non tradidisset, in fermento mysterium tradidisset, volens omnino illud tradere, non licitum faciens vtrum in fermento, vel azymo id faceret; sciens materiam & substantiam esse panis ex tritico constantis) quo pacto reprehendemus eos, qui in azymo sacrificant? quare ratione aduersabimur, cum sacra synodus suo decreto iubeat utroque modo Christi corpus confici posse, in azymo scilicet & fermentato? quod Ecclesia sacra profecto à sacris accepit apostolis. sacri enim Apostoli extra templum azymorum fracto pane sacrificium peragebant. nec vllibi apparet eos azymum potuisse. Et rursus in diebus azymorum, cum Hierusalem

rusalem fermentatum non reperiretur, omisso  
 fermentato sacrificium peragebant; nam  
 certo sciebant satis esse si ex tritico constaret.  
 nec quia parum fermenti haberent, quæ fie-  
 bant, iccirco fuissent omnia irrita, potissimum  
 vero Domini verba, quæ panem & vinum cum  
 aqua in corpus, & sanguinem eius transmu-  
 tant. Cæterum & hoc abnegant, qui synodum  
 non sequuntur: nec suaderi volunt, nec cre-  
 dere quod sancit ecclesia, quod in dominica ea  
 voce, quæ dicit, Accipite comedite, Hoc est  
 corpus meum, & Hic est sanguis meus, myste-  
 rium peragitur. sed post hæc, cū dicitur (aiunt)  
 & panem hunc effice venerabile corpus Christi  
 tui: non percipientes, quod hoc sancti sacri-  
 ficij mysterium Christus tradidit; nec alia præ-  
 ter ea verba dixit, nisi Accipite comedite, &  
 bibite omnes: non effice dixit, neque cætera,  
 quæ nos dicimus. quippe quum hæc tantum  
 verba vim haberent: cætera omnia quæ dici-  
 mus, pro nobis orantes dicimus, vt huic san-  
 guini communicare atque hoc corpus tangere  
 mereamur. Quemadmodum enim quum ba-  
 ptismum traderet salutare, alia verba non di-  
 xit, quam, Euntes docete omnes gentes, bap-  
 tizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus  
 sancti; & ea verba manserunt forma sacramen-  
 ti, quippe quibus prolatis baptisma perficia-  
 tur, reliqua, quæ dicimus pro nobis, pro bap-  
 tizato simul, & pro susceptore, dicimus; ita &  
 ibi dicit ad discipulos Christus, Accipite co-  
 me-



Chrysof.

comedite, & cætera. Hoc facite in meam commemorationem; nihilque aliud dixit, ea que sunt, quæ panem in Christi corpus transmutant, & vinum in sanguinem. Id mecum rursus testabitur aurea lingua præditus Ioannes homilia in mysticam Salvatoris cænam, & mysteriorum traditionem; in quo, & contra Iudæos. principium sermonis, pauca in qua hodie necessaria sunt: in hac homilia post multa dicit. Christus ipse adest, qui mensam hæc exornat: nam qui mensam illam ornauit, id est nunc, etiam hanc exornat, quia homo non est, qui ea quæ propouuntur efficit sanguinem corpus Christi; sed ipse Christus pro nobis crucifixus. Adstat sacerdos figuram tantum adimplens, adhibetque preces, ea verba proloquens, gratia, & vis dei est, quæ cuncta operatur, hæc est corpus meum dicit. hoc verbum quæ in manibus habemus transmutat. Ac ut ea vox, quæ dicit, crescite, & multiplicamini, & replere terram, semel prolata, in omne tamen æuum peragitur, ad filiorum procreationem nostre naturæ vires sumministrans: ita, & hæc vox, quæ ea diuina lingua semel prolata, id est, hoc est corpus meum, in singulis ecclesiæ altaribus illius verbi vis, usque ad hanc diem, & aduentum ipsius sacrificium perfectum operatur. Si hoc verbum igitur ea quæ proposita sunt, in corpus & sanguinem Christi transmutat, & tremenda mysteria efficit, mirandum utique erit, si non possunt ea esse perfecta, quia exiguo fermento carent.

arent, præsertim cum hac materia Christus  
mysterium peregerit, vt anteprobaturum est.

## SECTIO VII.

**V**T autem intelligant quæ ad hoc my-  
sterium necessaria sunt, & quid ne-  
cessarium ad hoc sacrificium sit, ne in  
disquirendo de azymo, vel fermentato labo-  
rent, etiam hæc adiungemus. Materiam pri-  
mum panis ex tritico, & vinum scilicet ex vite  
secundum Christi verba, idest hoc est corpus  
meum, & hoc est sanguis meus. Tertium sacer-  
dos, nam qui sacerdos non est, idest, qui gradū  
sacerdotalem non habet, sacrificium numquā  
conficiet. Quartum scientia, idest sacerdotem  
in primis intentionem habere ad ea dona, quæ  
proponuntur, non alio mentem deflectere.  
Quintum altare, idest mensa à pontifice conse-  
crata. hæc necessaria sunt & sola, quamuis vl-  
timum non sit vt cætera necessarium. Sin au-  
tem hæc omnia otiosa sunt, quia exiguo, sed  
acido fermento carent, maxima vtique admi-  
ratione dignum est, cum altare, intentio, sacer-  
dos, materia, & quod maximi præcipue mo-  
menti est, Christi verba, quæ proposita in san-  
guinem, & corpus transmutant, per quæ ex-  
lum constructum est, terra fundata, & om-  
nia constituta, sine fermento nihil possint.  
hoc non est sanæ mentis commentum, sed  
mentis prorsus dementis. Admiror etiam quæ

*Quæ sint ne-  
cessaria ad  
sacrificium*

de causa vinum non improbatis, cum rubrum  
 sepe offeramus; aut album, vel dulce, vel austerrum  
 sed panem tantum. Nam quemadmodum dicitur  
 germine vitis dixit, nec album distinxit à ru-  
 bro: Ita & de pane dicens, panem non distin-  
 xit fermentatum ab azymo: vel album, vel m-  
 grum, vel dulce, vel acidum. propterea vtriusque  
 sine ullo discrimine amplectitur. noscens enim  
 plane sacra synodus vtrumque panem esse, pro  
 miscue sacrificat, nec alterutrum reprehendit  
 praesertim cum Christus in azymo confecerit  
 vt antea ostensum est. Ergo iniuria oecumeni-  
 cam in simulatis synodum, quae sic iubet;  
 iniuria nos qui eam sequimur, & confitemur  
 calumniamini, & sugillatis. Vt autem Nicepho-  
 ri Callisti Xanthopuli mentionem faciam, si-  
 bit mihi admodum ridere: qui ambitiose con-  
 tendit, ea quae nunc in triodio synaxaria rep-  
 riuntur, conscribere. impetu vero prauitate  
 motus, de proposito nobis argumento magna  
 & admirabilia scripsit. Sed quod ea Constanti-  
 nopoli non legerentur, omnibus est compe-  
 tum; nec oportet me ulterius procedere. in ha-  
 vrbe tantum quidam in triodio quemadmo-  
 dum inueniuntur collocauerunt. esse autem  
 ea valde irrationabilia si quis scire desiderat  
 legat, quae ipse composuit: reperietque eum in  
 plerisque sibi ipsi pugnantem esse. sed quod  
 nam est tremendum eius oraculum, & vt sibi  
 videtur insolubile? in quinta magna feria in  
 mysteriorum traditionem post alia multa dicitur  
 Videtur

*Nicephorus  
 hic est auctor  
 historiae ecclesiae  
 aegyptiacae.*

Vide, vt panem vocet corpus suum, non tamen  
 azymum. erubescant, qui in sacrificio azymos  
 adhibent. Id vt terribile admodum ab eo di-  
 ctū, sursum deorsum eius sectatores obiectant.  
 atqui is aliquid videtur dicere, nil autem dicit,  
 vt demonstrabitur; etenim nos cum discipuli  
 eius simus, qui dicit, pacem sequimini, iniuria  
 eum non afficimus, vt ille nos; sed responsio  
 tantum, quam aduersus eius sermones affere-  
 mus, pro iniuria reputabitur; qui cum magi-  
 strum se esse opinetur, à nobis, qui docti non  
 sumus conuincitur. ideo dicimus, quod ille se-  
 cum versans aduersus catholicam ecclesiā scri-  
 bere, apertissime lapsus in præcipitem foueam  
 pronus cecidit; nam cum dixisset, vide quod pa-  
 nem corpus suum dicit, non azymum, oblitus  
 est quod & azymus panis appellatur. visum est  
 enim ipsi oportere cum quis panem dicit, de  
 fermentato tantū intelligi, at hoc probare non  
 potest, quia in multis scripturæ locis azymus  
 etiam panis dicitur; quia sacra scriptura dicit,  
 & tolle azymos panes, & in Exodo, tolle vitu-  
 lum ex armento vnum, & arietes duos imma-  
 culatos, panesque azymos oleo conspersos, la-  
 gana quoque azyma oleo lita, de simila triti-  
 cea cuncta facies, & posita in canistro offeres.  
 Et post pauca, tolles panis vnus crustulam cō-  
 spersam oleo, laganum vnum de canistro azy-  
 mum, quod positum est in conspectu Domini.  
 Ac Theodoritus in expositione in prophetam  
 Daniel dicit, panis dicitur fermentatus, & azy-  
 mus.

*Contra  
Ephesium*

*Iudit. 6.  
Exod. 29.*

*Theodorit.*

*Nicephorus  
quasi vincēs  
forum.*

mus. Vides, vt & azym<sup>o</sup> vocatur panis? quomodo huius oblitus es bone Nicephore? iure Nicephorus vocatus es, quia in foro sedentes plebeios homines vicisti; nō qui in excelsō sedent & rationis participes sunt. Sed aliquis fortasse dicet, immo pro nobis hoc est: nam vbi apponitur adiectiuum, ibi cognoscitur & res. vbi quidem cum adiectiuo ponitur panis, id est azymus, tunc est, & intelligitur azymus. vbi vero adiectiuum non ponitur, id est azymus tunc necessario intelligitur fermentatus. Hic igitur Christus cum nil aliud nominauerit nisi simpliciter panem, aperte protulit esse fermentatum. Iuste ergo apud Xanthopulum scriptum est, quod panem dicit corpus suum, non tamen azymum. at nos facile contrarium demonstrabimus, id est quod cum panis simpliciter dicitur sine adiectiuo, azymus esse reperitur. nec effugere poteris responſionem, cum sit apertissima. dies resurrectionis Domini tertia dies erat legalis paschatis; vt euangelista dicit cum Iesu colloquens. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. In hac igitur die ibant duo ex discipulis eius in castellū, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus. Et paulo post dicit, ac coegerunt eum, Iesum scilicet, dicentes, mane nobiscum: quoniam ad uesperas cit & inclinata est iam dies. eorum igitur precibus cum assensisset intrauit, vt maneret simul cum eis. Et factum est dum recumberet cum eis,

*Luc. 24.*

eis, accepit panem, & benedixit, & fregit, & por-  
 rigebat illis. & post pauca; & cognouerunt ait,  
 ipsum in fractione panis. quod nam candidius  
 hoc, vel purius afferetur argumentum iis qui  
 contendere nolunt, nec scandala amplectun-  
 tur? panem simpliciter hic dicit diuus Lucas,  
 neque fermentatum, neque azymum. Quod  
 nam igitur erat cogitemus, nec oculos ita ad-  
 uersus clarissima occludamus. nam vt cogni-  
 tus ab illis est in fractione panis; sic, & à nobis  
 dignoscetur, si disquirere voluerimus. quia  
 non ita hebetes sumus, vt veritatem non videamus.  
 quamuis enim in philosophorum, &  
 rhetorum literis versati non simus; at naturam  
 ipsam pro doctore nobis comparauimus, quæ  
 optime veritatē dignoscere potest, & falsum co-  
 arguere: & quod melius est à peiore discernere.  
 Quid ergo dicemus? fermentatū erat. absit. quo  
 nā modo? tertia erat dies legalis paschatis, nec  
 poterant qui cum Iesu simul ibant Cleophas,  
 & Lucas, nisi azymum ferre ab vrbe Hierusa-  
 lem profecti. Septem diebus inquit lex azyma  
 comedetis, & nequaquam fermentata. nam  
 subdit, quicumque comederit fermentatum,  
 peribit anima illa ex Israel. Si ergo hæc vera  
 sunt, quo pacto ibi potuit fermentum reperiri,  
 lege vetante id confici à quartadecima die vs-  
 que ad vigesimam primam mensis? itaque erat  
 azymus. Si enim fermentatus, ij legem violaf-  
 sent fermentatum in die azymorum offerēdo,  
 & Christus transgressor euaderet, si fermentatū  
 fregisset,

Exod. 12.

fregisset, ac tradidisset. si azym<sup>o</sup> (vt erat) temerè tandem nos incusatis. nam cum auctor legis adimplendæ Christus esset, eum non fregisset, si fermentatum esse scisset. nam in diebus à lege vetitis id effecisset. ij vero sicut Iudæi sentiebant, & legem, vt oportebat, seruabant, non eo tempore tantum, sed, & post resurrectionē, & domini assumptionem. Ergo ex his omnibus sequitur, azymum extitisse, qui à Iesu fractus duobus discipulis traditus est.

### SECTIO VIII.



**S**I vero stolide quis dixerit, eos extra Hierusalem fuisse, & ita fermentatū comedere panem potuisse, reputet, quod lex dicit, in omnib<sup>o</sup> aduenis, & indigenis terræ, & in omni habitaculo vestro comedetis, azyma, non fermentatum. quicumque comederit, peribit ex Israel. nam veluti in cæna vesperti mysterij tempore, azymo sumpto pane, & fracto discubuit, discipulis dicens, accipite comedite; sic & hoc loco fecit. Iccirco cognouerunt eum, in memoriam reuocando, quæ tum gesta sunt; quasi tacite secum meditates, hic magister est qui die superiori panem fregit, eodem modo, & fratribus tradidit, & cum voluissent eum tangere euanuit. Sed quomodo intelligamus de panibus propositionis, de quibus dicit Christus capite secundo apud Marcum euangelistam. dicit enim ad Iudæos ob-  
iurgantes

iurgantes Apostolos, quod spicas vellebant: *Marc. 2.*  
 nunquam legistis quid fecerit Dauid quando *1. Reg. 21.*  
 necessitatem habuit, & esuriit ipse & qui cum  
 eo erant? quomodo introiuit in domum Dei  
 sub Abiathar principe sacerdotum, & panes  
 propositionis manducauit, quos non licet nisi  
 sacerdotibus manducare; & dedit eis qui cum  
 eo erant? percunctamur igitur vos, panes pro-  
 positionis fermentati ne erant, an azymi? si  
 fermentati, nos etiam Iudaizamus, vt vos existi-  
 matis, in fermentatis panibus sacrificantes. Si  
 vero azymi; ergo & azymi panes vocantur.  
 praterea si fermentati erant panes illi propo-  
 sitionis, sacrificium in fermentato Christum  
 tollere oportebat, tanquam veterem, & legale,  
 ne Iudæos imitaremur; & in azymo sacrifi-  
 cium instituire, & præcipere. Si azymi erant,  
 ergo panis etiam azymus appellatur. sufficien-  
 ter igitur ostensum est ô bone Nicephore, quod  
 & panis dicitur azymus, & est, & intelligitur  
 sine adiectiuo. Quamobrem nemo prudens  
 vnquam dixerit, nos nequaquam posse intel-  
 ligere azymum; in quo sacrificium fecit Chri-  
 stus; & quod sine adiectiuo dixit euangelista,  
 panem accepisse Christum in die azymorum,  
 & paschatis tempore. azymus ergo erat, & a-  
 zymum intelligimus, vt iam ostensum est. His  
 igitur ita expositis, argumentatiuncula à te ad-  
 ducta, quod panem dicit corpus suum, non ta-  
 men fermentatum, satis est dissoluta. Ea vero  
 verba, (erubescant qui in azymo sacrificium  
 offerunt)



offerunt) non libet reflectere; sed in eos qui nesciunt quod sit illud, imo sciunt quidē, sed propter prauam suasionem, ac stultā præsumptionem aliud sentiunt & dicunt, id ipsum dicim<sup>9</sup> dedecus retorqueri, quod sine dubio credimus, quodq; librorum adulteratores, & qui ob malam præsumptionem & malitiam aduersus Romanam ecclesiam scribunt, nunquam salutem consequi poterunt; imo in die iudicij veluti veritatis hostes erubescant. Quidam tamen propter rationem admodum, & imperite, & ideo stolide, vt ita dicam, & impudenter obiiciunt, quamuis azymorum dies essent, vt dicitis, nec fermentatum inueniri oportebat, tamen cum Deus esset, azymum fermentatum efficere poterat: nihil est enim impossibile apud omnipotentem Deum. Nihil esse impossibile apud eum, qui potest omnia, omnes confitentur: nec solum azymum fermentatum efficere, sed & lapides ipsos panes: at necessitatem hanc, qua ad hoc peragendum duceretur, ego perspicere non valeo. Qua nam de causa statuere voluisset, fermentatum potius, quam azymū, corpus suū confici, hanc mihi explicate necessitatem, sinofitis: at nunquam poteritis. Nescio etiam an panem fermento carentem, corpus, & sanguinem suum fieri prohibuisset; vel sua diuina consecrationis verba inualida reddere libuisset. Sed id neque hæretici, neque à christiana religione alieni sentient vnquam, vel dicent. Quod autē Dei Ecclesia nullum esse discrimen inter azymum

mum, & fermentatū arbitratur, multis & egregiis argumentationib' iam ostensum est. Nunc demonstrabitur, quo pacto Romana ecclesia azymum, & orientalis ecclesia fermentatū conficit, per Gregorium dialogum virum sanctissimum, qui ante ecclesiarum schismata vixit, cuius commemorationem nostra etiam ecclesia vnoquoque anno cum laude facit: hic enim optime causas reddit azymi, & fermentati, traditque occidentalem ecclesiam azymum, orientalem fermentatum antiquitus in vsu habuisse, bonaque & laudabili ratione vtranque ad id efficiendum fuisse permotam. scribit enim. Solet multos perturbare quamobrem in ecclesia quidam panes azymos, quidā offerunt fermentatos. Romana ecclesia offert azymos panes, propterea quod dominus sine vlla commistione suscepit carnē: sed ceteræ ecclesiæ offerunt fermentatum pro eo, quod verbum patris indutū est carne, & est verus Deus & verus homo, item, & fermentū commiscetur farinae, & efficitur corpus Domini nostri Iesu Christi viui. sed siue in azymo siue in fermentato conficiatur, domini corpus, & saluatoris nostri sumimus. Audisti quomodo magnus hic pater, nullū inter azymum & fermentatū, iudicat esse discrimē? quodq; indubitate vtroq; modo conficitur corpus Dñi: idq; iam diu vsus obtinuit in ecclesiis, apud occidentalem in quā, & orientalem; nam optime, vt ipse arbitror, declarauit quod nunc propositum est. hanc azymo vsam esse ait propter sinceritatem & puritatem carnis

*Greg. Papa d  
 Grecis dicitur  
 tur cognominis  
 ue dialogus*

*Greg. Papa  
 in registro  
 paulo diuersus  
 titat d.  
 Tho. hunc locum  
 in libro  
 de erroribus  
 Grecorum.*

nis Domini, quia immunis & expers est omni vitij: illam fermentato propter diuinitatis & humanitatis vnionem in ipsius hypostasi: idque merito; nam vt azymum subtilissimum ac purissimum est, quia sine fermento conficitur (nam fermento pro peccato scriptura vtitur) sic & Domini corpus cum purissimum, nec aliquid peccati perceptibile sit, in azymi sacrificio conficitur, ac vt fermentatum per fermentum in panem conuertitur, & substantiam crassio rem subit; sic, & Domini corpus per humane carnis conspersionem in vnā diuinitatis & humanitatis personam per fermentum indicatur. Itaque per fermentum, & azymum omni remota dubitatione domini corpus conficitur; & apud credentes salutaris fit communio.

### SECTIO IX.

**F**ECCE secundam accusationem vestram bene respondimus, ostendimusque quod imperite nos criminamini, & sinistre œcumenicam traducitis synodum, quæ æque in azymo, & fermento dominicum corpus confici credit; cum vnum sit domini corpus, non in duo distractum, vt vos qui synodum non sequimini, nolentes volentes, quamuis nõ scripto, sed negando quæ dicimur, cõcluditis. & ideo ne in hæresis lapsu incidatis, non effugitis. Nam Christus dicit nunquam suam errare ecclesiam, quia se semper cum ea mansurum.

rum pollicitus est. Si ergo verus est Christus,  
 & promissionem suam veram esse oportet;  
 ita enim dixit, ego vobiscum sum omnibus  
 diebus vsque ad consummationem seculi; *Matth. 28*  
 nosque ita credimus, eum cum ecclesia sua  
 semper esse permanurum; nec eam derelictu-  
 rum vnquam. Si vero secundum vos cum ea se  
 semper mansurum pollicitus est, sed dereliquit  
 illā & errare permisit, ex necessitate mendax est.  
 Si vero mendax, Deus non est. Videte in quam  
 absurditatem incidistis, Christum vocando  
 mendacem: nam hoc omnem iniquitatem,  
 & blasphemiam superat; sed cum ea fuit, & est,  
 & erit, & manebit in secula, quamuis disrum-  
 pantur, qui contra, quā ecclesia sentit, sentiunt,  
 & faciunt: nos vero eum sequimur, & obserua-  
 mus, perinde, ac impossibile sit vt ea errorem  
 predicet, sed magis veritatem, & rectam fidem:  
 cum ea secum habeat sponsum suum Christū.  
 Cum ergo illi subiicimur, intra salutis arcam  
 positi sumus: per quā ex hac stulta vita in eter- *spilogia*  
 nam, ac beatam reuertemur. Habetis igitur  
 quantū satis est orthodoxi ad ea que dicta sunt,  
 responsionem in his manete: nihil enim in iis  
 reperitur, nisi ea, que luminaria ecclesiæ iubēt;  
 neq; iis, qui litigandi, & contendendi vitio lo-  
 quuntur, ac scribunt, vestigiis inhæreatis vn-  
 quam, aut assentiamini; quia non diuino per-  
 moti zelo id agunt; sed vt simpliciores tantum  
 decipiāt, ac perdant, vt ipsi vna cum illis in im-  
 pietatis præcipitium delabantur.

# TERTIICA PITIS QVOD IN DECRETO SYNODI CONTINETVR DEMON- STRATIC.

*Id est, animas eorum, qui in pœnitentiâ moriuntur, post mortem purgari.*

## SECTIO I.



TEMPVS igitur est de tertio etiam capite, quod in decreto continetur, pertractandi. Sed qualenam id est? animarum post mortem purgatio; quod apud Græcos catharterion, apud Latinos vero purgatorium dicitur. Cuius tenor ex diuino & sacro decreto hic est. Præterea decernimus, si vere pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis simul, & omisis satisfecerint; eorum animas purgatoriis pœnis post mortem purgari. Et vt à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes & elemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt secundum ecclesiæ instituta. Id vsquequaque abnegant

abnegant schismaticorum sectatores, hæc omnino non percipiendo, neque quid de hac re sentiant doctores, desperatione & falsa persuasione se oblectantes, & in ignorantia versantes. At neque in disceptationem venire volunt; vel malitia, vel odio aduersus Latinos permoti; vel quia nihil profecto habet quod effatu sit dignum. Sed inania quædam, & futilia nihilque sanum continentia sæpenumero nobis obiciunt. quæ tanquam frigida quidem, neque coherentia penitus auersamur. Nam si quæ ipsi afferunt in medium protulerimus, ridicula iis qui mentis sunt compotes videbuntur: iccirco nolimus ea prouulgare; nostra enim gente prognati sunt, & eiusdem ordinis cuius nos sumus. Agedum videamus quam responsionem huic capiti afferamus: & eam quam decet medelam adhibeamus. Primumque diuinum & maximum Damascenum Ioannem in medium producamus, deinde & reliquum doctorum cœtum, qui ab oriente effulserunt, secumque consentiunt, sistemus. Is enim beatus vitæ hoc idem ipsum, quod sacre synodo rebellantes negant, & despiciunt, ad disquirendum proponens in libro de mystica mortuorum consideratione, liquido declarauit; quasi de hoc quidam eo tempore (vt videtur) ambigerent: orationeque integra conscripta, eorum effrenata obstruxit ora. Quod si quis bona fide quæ ibi continentur perlegerit, quantum satis est admirabitur; nec amplius quæstionem in dubiis

reuocabit. Caterum antequam doctissimam  
 huius verba & testimonia proferre incipiamus  
 orationem nostram tanquam in iudicio diui-  
 damus: & iis qui vero studio ducuntur; pro-  
 ponamus, ordine in recensendis testimoniis  
 seruato, quae ille diuinus vir, cursim exposuit  
 dictum id in memoriam redigendo, quod  
 puer id, quod multoties latuit adultos, adinuen-  
 nit: & quod sapientes praeteriit, idiotae occu-  
 rit: quodque doctioribus compertum non est  
 eius discipuli meminerunt. verum id non  
 dicere non audemus. Sed quasi racemum post  
 vindemiam derelictum; & spicam post melitem  
 pra nimia copia neglectam, & reliquos fru-  
 ctus, vt vno verbo dicam, post illos perceptos  
 obliuioni traditos coaceruantes, ita eos qui ob-  
 gnati fuerint excipiemus, Christo Iesu opite-  
 lante & orationem nostram apertis demon-  
 strationibus approbante. In tres igitur gen-  
 rales partes, siue classes defunctos omnes ab-  
 decernimus: quod & egregie comprobabimus  
 non enim aliter dicere fas est. Vnam & primam  
 diuinorum & sanctorum virorum coetum, &  
 postolos scilicet, martyres, hierarchas, athletas  
 Dei sanctos & iustos, qui nulla penitus post be-  
 ptimum macula peccatorum vitam resperse-  
 runt: sed in castimonia & temperantia magis  
 se exercuerunt, curaruntque, vt sua corpora  
 tanquam domos a spiritibus mundas efficerent  
 qui hunc visibilem mundum odio habuerunt  
 & caelestia tantum concupierunt: quibus re-  
 bu

bus locum quietis receperunt, quem sibi antea comparauerunt. Si vero post baptismum aliquam peccati labem contraxerunt, eadem ipsa vel dum adhuc viuerent, vel post depositum corpus mundatos, in caelestem patriam assumi, secundum diuinum & sacrum synodi decretum. eos etiam addimus, qui ante baptismum suarum virtutum beneficio seruati sunt, primos patres prophetas, patriarchas & iustos, quos suo aduentu Christus ab inferni vinculis liberatos in caelum deduxit, & vt eo fruerentur dignos effecit. Secundam vero mediorum, siue illorum qui paenitentes decesserint, ac in confessione, & cordis contritione spiritum emiserunt; sed sublata iis facultate satisfaciendi pro peccatis, vel omissis ipsorum obrepentinam (vt fit) & momentaneam demigrationem: hanc in purgatorio esse dicimus. quodque ij non potuerunt in vita perficere, pro his superstites ad redemptionem opem ferunt, secundum illius dictum, si forte quid pro sit tibi: idque sanctarum precum beneficio, elemosynis, sacrificiis, aliisque piis operibus, vt in diuino, & sacro decreto optime scriptum est. Tertiam & vltimam constituimus eorum, qui in mortalibus peccatis ex hac vita migrauerunt, nullumque sibi paenitentiae praesidium dum viuerent reliquerunt, quorum animas ad inferos statim descendere, poenis tamen dispersaribus plectendas sacrum innuit decretum.

Caeterum de primi ordinis statu, quae eorum



qui liberantur classis est, quæ & iustorum fruitio esse dicitur, responſionem reperies in quarto decreti capite, de quo nos antea disputatos esse polliciti sumus, peculiarem hac de re tractatum facturi: propterea multis verbis hic non est opus; quippe qui eo loco Deo adiuvante respondebimus.

## SECTIO II.



**D**ROXIMUM, ut hic de ſecunda & tertia claſſe diſſeramus; at de tertia nulla nobis eſt cura ſuſcipienda, quoniam neque eccleſia, neque ſancti aliquam de iis qui ad eandem pertinent claſſem fieri commemorationem permittunt; eoſque omnino damnatos eſſe ſentiunt, veluti deſperatos & abſque penitentiâ hinc ſublato. de hiſ enim non oportet nos eſſe ſollicitos, neque laborare, vel deprecari, vel ſacrificia offerre, vel elemoſynas exhibere, vel alia quæ pro iis qui fideliter obdormierunt, feruidiſque cum lacrymis penitentiâ egerunt, conſtituta ſunt; quoniam in deſperatione, non autem in penitentiâ hinc demigrarunt. Ac veluti pro prima claſſe, quæ in paradifo cum Chriſto eſt, non oportet pro eorum peccatis tollendis, ſacrificia offerre, cum in hoc ſæculo ſatiſfecerint, & nunc in delitiis ineffabilium bonorum verſentur; ſic neque pro dimittendis peccatis eorum, qui in cruciatibus inferni degunt licet ſacrificare. At  
id

id noui isti theologi non concedunt: quippe qui nec sanctos in regno cælorum esse volunt, nec in cruciatu peccatores. Nobis autem & si propositum non est de his hoc loco disserere, sed de purgatorio tantum, quod est tertium decreti caput: tamen ne videatur deesse nobis respondendi facultas, etiam de his pauca quædam adiungemus; animabus enim quæ hinc sine fructu pænitentia decedunt, nulla post mortem utilitas accedit: Nam & propheta id inueniens dicebat, In inferno autem quis confitebitur tibi? Et rursus, non est pænitentia post mortem, sacer dicit Epiphanius. mortem appellans plenam iniustorum damnationem, ut in exemplo diuitis, qui in igne torretur, ostenditur, stillam aquæ petentis nec impetrantis. stillam videlicet pænitentia postulantis, nec inuenientis. Idque merito, hyeme misericordiam non seminauit, venit æstas, nec messem fecit. hyemem hic intellige, præsentem vitam peccatis implicitam, messem vero futuram, atque operum retributionem. Hic enim, in hac hyeme, pænitentia reperitur; ibi æstas, id est fructio. Et alibi rursus propheta, Clausit Deus aduersus eos inquit; apertum autem est cum qui in hac vita non pænituerit, impossibile esse illa transacta pænitere: nam dimisso conuentu & clausa thalami sponsalis ianua, nec pænitentia valet, nec lacrymæ profunt: ut in parabola quinque virginum ostenditur, cum ex diceret, Domine domine aperi nobis, respōdit sponsus

Psal. 60

Christus, nescio vos. Egressa enim à corpore  
anima neque flet, neque potest pænitere, natu-  
ræ sublati instrumentis, per quæ pænitentia  
monstratur. vigilare ante oportet & ad exitum  
se comparare. quia in ea hora, in illo momen-  
to, in illo indivisibili tempore, quo anima an-  
gitur exire de corpore, & vita præsentis (tremen-  
dum enim est tempus illud, & certamen ma-  
ximum & mercatura non vili precio aestiman-  
da) cauendum est ne dum exit anima, in his  
humilibus & temporariis rebus deprehenda-  
tur implicita. Nam si non idonea satisfactio-  
ne decesserit: sed vitam tantum præsentem in  
memoria retinens, caducas has res, thesaurum  
studio quæsitum, vxorem simul & liberos, nec  
his modum imponens, sed ea continue animo  
reuoluens & meditans, infernus quamprimum  
abripit eam, & tenebræ caliginosæ, &  
tortoribus traditur, atque ignis eam combu-  
rit. Testificabitur id ecclesiæ præses Gregorius  
L. 4. dial.  
> dialogus in libro dialogorum capite, quo Pe-  
> trus eius Archidiaconus cum ipso sermonem  
> habet. Inquisitioni meæ sufficienter iam vi-  
> deo satisfactum. Sed hoc est adhuc quod qua-  
> stione animum pulsatur: quia cum superius di-  
> ctum sit, esse iam sanctorum animas in celo;  
> restat proculdubio, vt iniquorum quoque ani-  
> mæ non nisi in inferno credantur. Et quid hac  
> de re veritas habeat ignoro. nam humana æsti-  
> matio non habet peccatorum animas ante iu-  
> dicialium

dium posse cruciari. Gregorius. Si esse san-  
 ctorum animas in celo sacri eloquij satisfa-  
 ctione credidisti, oportet vt per omnia esse cre-  
 das, & iniquorum animas in inferno; quia ex-  
 retributione aeternae iustitiae, ex qua iusti iam  
 gloriantur, necesse est per omnia vt & iniusti  
 crucientur. nam sicut electos beatitudo lati-  
 ficat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui  
 ignis reprobos exurat. Audis malorum, seu  
 peccatorum, & impenitentium animas, à quo  
 die hinc decesserint, igni comburi? Clarum  
 est igitur iis, qui contendendi vitio non labo-  
 rant; quod veluti sanctos post obitum, calorum  
 excipit regnum, sic & desperatos pro domi-  
 cilio infernus manet, vbi plectuntur extre-  
 mum diem expectantes, vt postea induti  
 corporibus aeternas poenas recipiant. id etiam  
 mecum testificabitur Maximus ad cubicula-  
 rium scribens. inquit enim. quis o dilecte no-  
 strum, qui peccatorum sordibus fit inquina-  
 tus, sanctorum angelorum inspectionem non  
 reformidet? à quibus in exitu vitae constitutus  
 ex diuino iudicio per vim corpore pellitur cū  
 indignatione, & inuitus. quis commacula-  
 tam suam sentiens conscientiam, seuum & im-  
 manem malorum daemonū occursum non ti-  
 meat, eorum vnoquoq; post obitum in aëre ad  
 se incessanter miseram trahente animam: sce-  
 lerumq; suorum conuictus futurorum bono-  
 rum miserabilem spei disparationem? post  
 subsecutum vero in aëre spiritibus prauitatis  
 H 5 iudicium

iudicium & villicatum, descensus in infernum  
 cum manet, & ibidem domicilium & com-  
 moratio; vbi profunda tenebræ, & silentium  
 profundissimum: nullo alio cibo se alentes  
 eo damnatæ animæ, quam acribus gemitibus,  
 suspiriis, & amarissimis lacrymis, & ob immi-  
 nentia mala mæstitia; nil aliud semper exspe-  
 ctantes quam eam, quæ iustum iudicium se-  
 quitur iustam retributionem. Hanc perpetuâ  
 tristitiam & dolorem creat illis, resurrectionis  
 expectatio, tremenda Christi aduentus dies,  
 horribilis exhibitio & præsentatio, & antea-  
 vitæ examen, per quam hi qui ad dexterâ Chri-  
 sti constituti sunt, arcanorum bonorum pro-  
 missionem recipient, illi ad sinistram locati i-  
 gnam æternam fortientur, ac tenebras exterior-  
 res, & vigilem vermem, & stridorem dentium,  
 & dedecus sempiternum. Audis ex sacro doctore  
 hoc, quod post peractum in aere, cum spiriti-  
 bus prauitatis iudicium & villicationem, de-  
 scensus in infernum manet peccatores? quo-  
 modo his tremendis verbis fidem non adhi-  
 bes? nam qui plesti peccatores non vult, neque  
 Iudam nunc puniri permittet; sed hoc nulla-  
 tenus verum est, nec vlllo vnquam modo. Ecce  
 liquido ostensum est, quod qui impenitentes  
 decedunt, ad pœnam rapiuntur expectantes, vt  
 post induti corporibus in vtroque simul ple-  
 ctantur. quo tempore perfecta proprie dicitur,  
 & est sine fine punitio. non opus est igitur hæc  
 vltterius persequi, quippe cum satis de his dictum  
 sit.

fit. Quod si his aduersarius non acquiescet, nec si multo plura adiunxeris acquiescet. Itaque de his dictum est sufficienter, nec oportet ulterius progredi: restat igitur ut pro tertia classe, de qua nobis propositum est dicere, preces offerantur, & pia opera exhibeantur: nam qui in ea locati sunt, hi post mortem purgantur: eaque est animarum purgatio, quam nos demonstrare contendimus. In ea igitur tremenda demigrationis hora, in qua anima separatur à corpore, & naturale vinculum sic Deo volente discinditur, animæ quæ in vera penitentia repertæ fuerint, cum liberationem à peccatis, quæ scilicet corporibus indutæ perpetrauerunt, fecerint ut oportet, neque huius sæculi quicquam omnino, vel curauerint vel cogitauerint: sed in vniuersum eo tantum modo, quo abiturae sunt, totam mentem direxerint, præsentia omnia detrimenta putantes, ut solū eum quem desiderant sponsum lucrentur per penitentiam, tremendoque iudici in nubibus occurrant, hæ maximum post mortem iuuentum percipiunt: cum enim in penitentia repertæ fuerint, in penitentia quoque iudicantur: quemadmodum eæ quæ in desperatione repertæ fuerint condemnantur. Et hæ comminationes, sunt, quas à iudice audimus; Vbi inuenero te, ibi & iudicabo te.

### SECTIO III.



ELIQVVM est in præsentia testi-  
 monia vos audire, quæ antea polliciti fu-  
 mus. Primusq; prodeat antedi-<sup>o</sup> di-  
 uinus & sacer Ioannes magnus ori-  
 entis oculus, qui à Damasco illuxit. Is enim in  
 ea oratione, quam conscripsit de his, qui in fi-  
 de obdormierunt, cuius titulus est, qua ratio-  
 ne sacrificia & bona opera, quæ pro iis suscepta  
 sunt, ipsis opitulantur, cuius orationis initium  
 est, Escæ suaues. post alia multa hæc etiam dicit.  
 Quod Saluatoris discipuli & diuini apostoli,  
 qui mysteriorum verbi participes, atq; oculati  
 testes fuere, qui mundi orbem dum viuerent  
 peragrarunt, in tremendis, intemeratis, & viui-  
 ficantibus mysteriis, commemorationem fieri  
 de his, qui fideles obdormiere sanxerunt. quod  
 etiam firmiter & absque vlla controuersia te-  
 net à finibus vsque ad fines, Christi Dei Apo-  
 stolica & catholica ecclesia ab eo tēpore in præ-  
 sens, & vsque in finē mundi non sine ratione,  
 neque stulte, neq; temere, neque forte fortuna  
 id decernentes. Nam nihil quod stultitiam sa-  
 peret, admisit Christianorum inerrans religio,  
 & in sæculū inconcusse tenuit: immo vero cun-  
 ctā vtilia Deoque grata, & valde conducibilia  
 ad salutem. Post hunc magnus in diuinis, &  
 sublimis Dionysius, & ipse in mystica de mor-  
 tuis consideratione hæc ait. non enim diuinus  
 sacrorum præses, diuinæ iustificationis mini-  
 ster, petiisset quæ Deo præcipue non essent ac-  
 cepta: & quæ se daturum diuinitus promississet.

Ideoque

*Ioan Damas-  
 sceni.*

*Dionysij.*

Ideoque profanis, idest iis qui illuminati non sunt mortuis, hæc non precatur. Et rursus. *Eiusdem.* Ergo diuinus sacrorum præses quæ Deo grata sunt petit, & quæ omnino donaturus est. Et iterum, Cum diuinam bonitatem precamur, peccata defuncto condonari petimus, quæ ob humanam imbecillitatem admissa sunt; in regioneque viuentium eum collocari, in sinu Abraham, Isaac, & Iacob, in quo loco abest maror, tristitia, & gemitus: cum diuina potentia ob suam bonitatem contemnat maculas ab imbecillitate humana prouenientes. Quoniam nemo, vt sacræ literæ docent, mundus à *Iob. 15.* fordibus. Vides tu qui contradicis, quo pacto confirmat, prodesse preces pro his susceptas, qui fideles mortui sunt? Gregorius deinde *Gregorij.* theologus cognomine, diuinum eloquentia flumen, in funebri in fratrem Cæsarium sermone de matre sua: Auditum est, inquit, nuncium dignum auribus omnium, se filio in funere omnem eius substantiam pro eo dono dare: qua sancta & speciosa pollicitatione omnis maror ex animo eius sublatus est; & paucis interiectis: quæ ad nos pertinebant talia sunt: Partim namq; tradidimus, partimq; trademus annuos honores, & commemorationes adhibendo. Vides quomodo hoc magnum ecclesiæ lumen affirmat, speciosas & sanctas oblationes appellando, quæ pro his qui obdormierunt suscipiuntur, comprobantque anniuersarias commemorationes? Vbi est miserorum hominum, nefatia



nefaria synagoga? quæ de mediotollere conan-  
 tur ea, quæ doctores, & ecclesiæ lumina conscri-  
 pserunt, multo labore & studio adhibito à san-  
 ctis apostolis hæc colligēdo. Sed praua schisma-  
 ticorum, quorundam stultorum, leuium, in-  
 doctorum, & obscurorum in synagoga, qui  
 omnes nostras insulas confuderunt, & per-  
 turbarunt, omitti debere commemorationes  
 pro fidelibus defunctis prædicant, nullamque  
 sanctorum memoriam ac sacrificia, conuen-  
 tusue sacros & dies festos celebrari, aut cum  
 piis sacerdotibus psallere oportere: sed disun-  
 gi mutuo, & tanquam à serpentum facie refu-  
 gere. Sed ad id ipsorum dedecus & confutatio-  
 nem, re & cognomine aureus Ioannes accedat,  
 paupertatis amator, & pænitiæ dux ac ma-  
 gister, qui in expositione sua diuina ad Philip-  
 penses, & Galatas, sic inquit. Si enim Græci  
 vna cum mortuis cremant quæ sua fuerunt,  
 quanto magis fidelem oportet vna cum fide-  
 li sua consociare? Non vt ea quemadmodum ista  
 in cinerem conuertantur, sed vt maiore gloria  
 cumules illum. Et si fuerit peccator defunctus,  
 vt eum soluas à peccatis; sin iustus, vt addita-  
 mentum fiat mercedis & retributionis. Et in  
 alio sermone. Iterū excogitemus, inquit, quo-  
 modo mortuis profimus, præstemus his auxi-  
 lium quod valemus, eleemosynas dico & ob-  
 lationes; quæ quidem res ipsis utilitatem, ma-  
 gnum lucrum & commodum affert. non enim  
 temere & fortuito hæc instituta sunt, & dei ec-  
 clesiæ

*Chrysost.*

*Eiusdem.*

desiē à suis sapientissimis discipulis per manus tradita: vt sacerdos in tremendis mysteriis pro fidelibus mortuis preces effundat. nam bene ipsis cognitum est, magnum inde lucrum, & commodū comparari. Audis aurcum animo & lingua, diuum dico Ioannē, quod si impij pro impiis faciunt, quanto magis nos fideles pro fidelibus efficere debemus? non ad perditionem hæc veluti illa; sed vt maiorē mortuo gloriam conciliemus; ac si peccator est, eius peccata purgamus, & à vinculis soluimus, & è tenebris educim⁹, à luctu & gemitu inferni redimimus. Si vero iustus, nō eum à vinculis soluimus, nec eius peccata purgamus; sed gloriæ additamentum adhibemus: & illi magna cōmoda & utilitates asserimus. Vbi sunt qui animarum post mortem purgationē nō inueniri dicunt? ecce Chrysostronus dicit, nec potest ei contradici. Sed sapientissimus iterum Nyssæorum episcopus, veluti cum his, verbis decertans ait. nihil inconsulto, neq; absque emolumento à Christi præconibus & discipulis traditum est; sed res plena utilitatis est, Deoque accepta, commemoratio videlicet, quæ habetur in diuino & admirabili sacrificio pro his qui in fide obdormierunt. Audis patrem hunc quod nihil inconsulto, sed omni cum animaduersione, & ex traditione sanctorum apostolorum agit ecclesia, quodque in diuinis officiis de fidelibus mortuis commemorationem facere est vtile admodum, ac DEO gratum? vult enim omnia

*Hæc sumpta  
ex l. 8. c. 4. v.  
apost. conitō*

*Gregorij  
Nyssæi.*

omnium salutem animarum, & bonorum amator & dilector & misericors Deus, nam quod dicit propheta, quod unicuique reddet secundum opera eius, & metet quisque quod seminauit, & quæ sequuntur, de aduentu omnino conditoris, & de eo tremendo iudicio dictum est, & de huius mundi consummatione: quia tunc auxilij tempus præterit, & omnis aduocatio inutilis. nam dimisso conuentu tollitur negotiationis commercium. Vbi tunc pauperes? vbi sacrificia? vbi plasmidia? vbi bona opera? iccirco ante illud tempus mutuo nobis opitemur, & Christo deo, fratrum, hominũ, & animarum amatori fraternæ caritatis officia præstemus: nam libenter admodũ recipit, cupitque vt petamus, vt nostri amans dominus, is vero veluti dator munificus exhibebit, quæ pro alterius salute postulantur; eoque tempore plenissime flectitur, non solum quando quis de sua anima sollicitus est, verum etiam quando pro proximi animæ omni studio laborat.

### SECTIO IIII.



Ex vitis fan-  
torum pas-  
tram.

**Q**UID autem & historia quæ de Marcario narratur ostendit, quando aridam caluariam percontatus est, an sit sensus mortuis, cum pro iis oramus. nonne respondit aridum os, magnum leuamen & requiem sentire, quando pro iis fit commemoratio? Præterea in vitis patrum vna cum aliis multis

multis & hoc inueni. Cum quidam ex his diuinis hominibus, discipulum haberet negligentius uiuentē, & in extremo uitæ in eadem inertia deprehensum, misericors & animarum amator Deus, multis cum lacrymis petente sene, tanquam diuitem illum, de quo Lazari refert historia, eum ostendit, qui in igne ceruice tenus tenebatur. Sed cum is uehementius instaret, & cum lacrymis Deum obsecraret, usque ad cinctum rursus ostendit: deinde iterum preces precibus addendo, & impensius augendo, penitus liberum & ab igne solutum per uisionem seni monstrauit. nam propter negligentia peccatum pledebatur: iccirco id facile expiari potest. At quis ordine poterit harum rerum testimonia recensere? quæ in sanctorum uitis continentur, diuinas dico reuelationes, quæ liquido comprobant mortuis admodum prodesse oblatas pro iis preces, sacrificia, & elemosynas. nihil enim deperit eorum, quæ Deo mutuo dantur, sed magno cum fœnore nobis retribuuntur; nunc igitur est tempus auxiliij præstandi, nunc etiam sanctos nobiscum habemus, qui una legatione funguntur pro mortuis, ac pro iis deprecantur: nam de futuro non datur legatio; quando conuentus dimittetur, & omnis subsidij spes tollitur. nunc tempus negotiationis & commercij; tempus laboris, & pœnitentiæ. Et beatus qui emollitus non est, spe delinitus, & precibus: beatior qui pro se & proximo suo decerit.

rauērit; id enim magis oblectat misericordem  
 Dominum & latificat, festinare scilicet vnum-  
 quemque ad subsidium proximo ferendum:  
 hoc namque expetit misericors & vult, vt mu-  
 tuo beneficia dum viuimus, & post mortem  
 præstemus. Ad hæc per sanctos apostolos in-  
 cruentum sacrificium pro mortuis nobis tra-  
 didit, tertias, & nonas & quadragesimas, anni-  
 uersarias commemorationes, & sacra, quæ ab-  
 que controuersia catholica & apostolica eccle-  
 sia, eiusque in Deo congregatus & religiosissi-  
 mus populus tenet inconcussa & firma. Solum  
 schismaticorum sectatores, eorumq; nefarium  
 concilium hæc non recipiunt; iccirco ea sustu-  
 lerunt & decreuerunt ne conuentus agerentur,  
 nec preces pro defunctis offerrentur, ac si omnis  
 labor frustra post mortem infumeretur. At de  
 his quidem satis: quoniam oportet & aliarum  
 rerum ad fidelium ædificationem mentionem  
 facere, in ignominiam vero eorum qui non  
 recipiunt animarum post mortem purgatio-  
 nem & suffragia. Magnus igitur & vehemens  
 Athanasius in oratione elegantissima in eos  
 qui obdormierunt, hæc inquit: Licet is qui re-  
 ligiose vita functus est, positus in celo fuerit, ne  
 re ipsas cereos & oleum Deum deprecando, ad  
 illius sepulchrum accendere. Quippe cum  
 Deus hæc recipiat, quasi ex eo magna accedat  
 retributio: quia oleum & cera est holocaustum, in-  
 cruentum vero sacrificium, propiciatio; bene-  
 facere pauperibus, est additamentum omnis  
 pro-

probæ retributionis. Audis holocaustū & pro-  
 pitiationem, & quodcunq; aliud bonū pro de-  
 functis salutare euadere adhibitis à nobis preci-  
 bus? Rursus aurea lingua & aurea verba fundēs  
 Joannes: Nisi, inquit, ante prouidisti in vita ea *chryfost.*  
 quæ ad animā pertinent ordinare, quamquam  
 in exitu vitæ constitutus, iube tamē hæredibus  
 tuis, vt tua ad te transmittant, & tibi opitulen-  
 tur bonis operibus adhibitis, elemosynis di-  
 co & oblationibus, vt his tibi redemptorem  
 concilies; nam is ea recipit, & vtilia sunt. In-  
 tellexisti aurea verba quid sonent. quod si non  
 ante prouidisti dum viueres Deo reconciliari,  
 & per pænitentiam satisfacere, & bonorum  
 operum beneficio purgari, & cælestis omnino  
 euadere, quamquam in exitu vitæ constitutus,  
 iube tuis vt pro te sacrificia offerant, oblationes  
 & elemosynas, quæ tibi proderunt: nam ea  
 Deo valde accepta sunt. Si ergo recipienda quæ  
 pro mortuis offeruntur: ergo & vtilia; quia ne-  
 mo dicere audebit, inutile esse quod Deo acce-  
 ptum est. Et idem rursus: Scribe inquit in tuis  
 tabulis vna cum liberis & cognatis coheredem *chryfost.*  
 etiam Dominum: contineatur in testamento  
 iudicis nomen, nec pauperes obliuioni tradas:  
 nam ego pro his ero fideiussor. Sed quam  
 vim habent hæc omnia, si subsidium post obi-  
 tum animabus non remanet, vt vos arbitra-  
 mini? qua nam de causa hæc tradiderunt san-  
 cti? num decepti sunt: at non ita licet insanire,  
 vt id dicamus, immo valde profunt, Deoque

grata & accepta sunt. Vult enim saluos omnes fieri; omniumque salutem expetit, & omni ratione commode prouidet; quotidie excitat ab omni parte aliquos, qui illis auxilium afferant.

*Obiectio.*

At quis ex aduersariis ea audiendo admodum exultans, & supercilium attollens dicet. hoc supposito quod omnes expientur post mortem, omnes ergo saluabuntur, & nemo frustrabitur; & si nemo sanctus dum viueret extitit, ergo saluatur post obitum beneficio eius, quod

*Solutio.*

purgatio appellatur. Recte id quidem, & utinam vere id dicere valeremus. hoc fitit & exoptat hominum, animarum & bonorum amator Deus; & in hoc se præcipue oblectat, & lætatur, ne quis muneribus suis frustretur. Num in mundum venit ut cælestes saluaret intelligentias? & ex semper virgine Deique genitrice Maria in corruptibili carne suscepta mortalis voluit esse, mortemque gustare? Num propter ipsas præmia; & coronas parauit? Num Angelis dicit, Venite benedicti patris mei, heredes estote cælestis regni quod pro vobis paratum est? ne utiquam id nullo pacto: nemo reperiretur tam stultus ut id dicat, sed propter hominem fecit omnia, & iccirco vult omnes homines saluos fieri. Quis enim ex nobis est qui prandio instructo, & conuocatis amicis nolit omnes accedere, ac suis frui bonis? vel cur laborem suscipit tam magnifici apparatus nisi propter amicos? sed si non omnes vel aliquis tantum aduenit, vehementer hospes irascitur. Si hæc in

nobis

nobis vsu veniunt, multo magis in Deo optimo maximo, misericordiae pleno, diuitiarumque profuso datori ac pietissimo, qui vult omnes saluos fieri, & sua diuina frui letitia & voluptate. vnusquisque animaduertat, quod non pro omnibus mortuis hæc fieri dicimus, vt sæpe dictum est, & nunc exactius dicimus; quod pro sanctis non opus est, pro desperatis ac damnatis inutile, sequitur vt pro iis qui non ante factis fecerint: vt omnibus euenit, qui pro conficienda virtute exiguam fermenti portionem obtinent; nec ante prouident ex eo panem conficere; volentes quidem, sed non valentes id perficere, vel inertia, vel ignauia ducti, vel propter de die in diem procrastinationem, & præter spem de medio sublati, horum non obliuiscetur iustus iudex, & dominus: sed in eorum opem affines post mortem suscitabit, eorumque mentes diriget, & corda trahet, & animum inflectet, vt subsidium & auxilium huic afferant, ac festinabunt deo instigante & tangente corda eorū, & adimplebunt, quæ à defuncto omissa sunt, vt multis vsu venit.

## SECTIO V.



**HIVSCE** rei testis Traianus Imperator, & imaginū oppugnator Theophilus, quorum alter beati Gregorij dialogi Papæ; alter diuinorum & sanctorum virorum, & Augustæ seruatus est precibus: nunquam

*Traianus  
Theophilus  
imperator.*



quam enim hi salutem fuissent consecuti, nisi & aliqua ipsis virtus inesset, quam Dei iustitia noluit intercidere. vel si non virtus, at saltem confessio. Neq; enim aut sanctorum virorum preces, aut Augustæ studium pro Theophilo valuisse, nisi prius ille suum peccatum esset confessus, sanctasq; imagines colere & honorari iustum esse asseruisset: quoniam is valde virtute illustris extitit, sed cum in hæresim delapsus esset eorum, qui imagines oppugnabant, ut de eo conscripta docet historia, os eius admodum diductum est, ita ut viscera conspicerentur. post cum ipsa re venerabilium imaginum adorationem sanctam esse comprobasset, arreptam ex sinu cuiusdam eorum qui aderant cum torque imaginem reverenter osculabatur; pauloq; post ad tribunal inde raptus est: pro quo cum assidue preces à sanctis iis viris, & à regina effunderentur, ei venia data est. Nam Theophilum in somnis regina conspexit vincitum tractumq; ab innumerabili precedentium & subsequantium multitudine. ante illum ferebantur diversa instrumentorum genera ad torquendum accommodata. Ipsaque sibi videbatur eos sequi, qui ad poenam adducebant, quousque ad conspectum terribilis iudicis pervenerunt; Theophilumque ante ipsum statuerunt; prouoluta igitur ad iudicis illius tremendi pedes, enixe pro eo multis cum lacrymis Augusta pro viro suo deprecabatur; ad quam terribilis ille iudex dixit; Mulier magna est fides tua: propter te sacerdotumque meorum

*Vide Zonaram.*

rum preces coniugi tuo do veniam: tunc ministris suis dixit, soluite eum, vxorique eius tradite. Similiter, & sacer patriarcha, omnium hæreticorum, Theophilique ipsius adnotatis & scriptis nominibus, hæc eadem sub sacra mensa collocauit, eademque nocte quâ regina visionem aspexit, vidit & ipse diuinum angelum magnum templum ingredientem, qui dixit, Episcopo, exaudita sunt preces tuæ, & veniam Theophilus impetrauit. Somno ergo experrectus ad sacram mensam deuenit; ibique cum legeret paulo ante conscriptum libellum, inuenit ( ð dei iudicia ) Theophili nomen abolitum. Ex hoc igitur loco propositum de purgatorio dogma aperte conuincitur; nam si sanctus extitisset, victus veluti damnatus non incessisset: si vero penitus desperatus & penitentia fructu orbatus, veniam non esset consecutus. Itaque mediæ classis cum esset & penitentia beneficio sibi præsidium comparasset, diuinorum & sanctorum virorum precibus auxilium impetrauit. pro desperatis enim si totum mundum tradideris, vt sæpe dictum est, in casum laborabis. Huius rei testis antedictus *D. Damasceni* sacer Ioannes Damascenus in oratione antea commemorata, vbi dicit: Qui vitam flagitiose traducit, & sentibus semper inuolutam, & sordium sceditate resperfam, nec suam vnquam conscientiam intropexit; sed intrepide simul nullo habito discrimine voluptatum se sceditatibus contaminauerit, omnibus cupiditatibus

carnis obsequendo, omnino animæ cura de-  
 specta, nihilque aliquid quam carneum sen-  
 tiens, in iisque cogitationibus deprehensus,  
 è vita discesserit, huic nemo manum porrexe-  
 rit, sed ita secum agetur, vt nec ab vxore, vel li-  
 beris, fratribus, cognatis, vel amicis ei omnino  
 subueniri possit, quod eum in mensura Deus  
 non habeat. Vides quo modo sanctus hic vir  
 dixit, quod qui pro his deprecatur, insanit, ve-  
 luti extra Dei mensuram collocatis? de his scri-  
 ptum est, Non est in inferno pænitentia. & re-  
 liqua. de media classe, idest de his qui sub pæni-  
 tentia moriuntur esse sollicitos, lucrosa res est  
 admodum, & plane fructuosa. Nolumus igitur  
 viuis ansam & prætextum præbere eleemo-  
 synas non exhibendi: sed post obitum refer-  
 uare: quippe cum absurdum id & profanum,  
 & à diuina lege alienum: sed præstantissima res  
 Deo grata & in totum acceptabilis, omnem ho-  
 minem religiosum, Christi que amantem esse:  
 seque ipsum multiplicibus, ac bonis operibus  
 purgare, & omni ab impuritate abstinere, Dei  
 speciosis præceptis obsecundando: vt cum ad  
 exitum vitæ deuenit, cum fiducia Domino  
 dicat, Paratum est cor meum: itaque iucunde  
 bonis angelis instigatoribus occurrat. At hoc  
 quidem pauci faciunt, & minus sæpe secun-  
 dum verbum Domini, quia pauci, inquit, sal-  
 uantur: id pro comperto habentes, arduum esse  
 multos ex primo ordine reperiri; necessarioque  
 secundum inducimus ordinem, apostolorum  
 &

*psal. 60.*

*psalm. 56.*

& patrum vestigiis insistentes : quoniam defuncti, Dei bonitate iuuatur, & caritas fraterna augetur, & resurrectionis spes stabilitur, & ad sacras aedes concursus ardentius augetur, & erga pauperes beneficentia magis extenditur. Vide quotupliciter hæc res proficua est & utilis: & quot modis occasio reconciliationis inter omnes oboritur. Hoc qui nolunt, neque amplectuntur, ecclesiasticum ordinem tollunt, & mortuorum sacrificia abdicant, & impediunt, quæ non in cassum à doctorib<sup>9</sup> excogitata sunt; sed absit vt hoc vnquam fideiū quis credat, vel omnino recipiat. Sed hoc admodum utile existimantes, ne cessemus vnquam fratres pro mortuis commemorationem facere: nam ij magnum leuamen & subsidium sentiunt ex orationibus, precibus, eleemosynis, aliisq; pijs operibus, quæ nobis opem ferentibus præstantur. De hoc igitur sacri & diuini apostoli in suis constitutionibus præcipiunt, vbi scriptum est: Celebrentur tertia mortuorum in psalmis, & lectionibus, atque orationibus, propter eum qui tertia die resurrexit. & nona in commemorationem superstitum, & defunctorum; & quadagesimæ, secundum veterem formam. Moysen enim ita populus fleuit. Et anniuersaria pro eorum memoria: & tradatur de earū facultatibus aliquid pauperibus in commemorationem eorum. Hæc de pijs dicimus. Nam de impijs si totum orbem tradiderimus, nihil proderit. cui enim viuenti fuit Deus aduersus,

*Lib. 8. conf. +1.*

*Exod. 34.*

fus, apertum est, futurum ei etiam aduersum  
 esse mortuo. quippe cum non sit iniquitas a-  
 pud Deum. Nam iustus est dominus & iusti-  
 tias diligit, & ecce homo, & opus eius, & tu re-  
 tribues vnicique secundum opera sua. Audis  
 de sacris apostolis qua ratione pro mortuis fi-  
 delibus sacrificia, & preces fanciunt adhiberi?  
 idest quod saepe diximus, quod pro puro &  
 contrito corde in hac vita pœnitentibus, sed  
 non secundum præscriptas leges id perficere  
 valentibus mortuis deprecamur. Pro his Deum  
 placare conamur, & inuocamus, precamurque  
 aliquid, vnde ipsis alleuatio, & utilitas acce-  
 dat. hocque est quod in decreto eius ecclesia  
 purgatorium vocat, in quo post obitum pur-  
 gantur animæ, orationibus precibusque à vi-  
 uis fidelibus pro eorum semper subsidio susce-  
 ptis. Nam vt id in gratiã sanctorum vel impro-  
 borum fiat, nemo sanæ mentis æstimabit: sed  
 nec pro Christianis impœnitentibus. idẽ enim  
 peccatoribus & impœnitentibus Christianis  
 continget, quod iis eueniet, qui verum Deum  
 Christum non cognouerunt, iisq; etiam mul-  
 to deterius quam illis: Qui non cognouit, dicit  
 Euangelium, voluntatem domini sui, & fecerit  
 digna plagis, vapulabit paucis: qui autem co-  
 gnouit voluntatem domini sui, & non præpa-  
 rauit, & non fecit secundum voluntatem eius,  
 vapulabit multis. Pro his si verba sacrorum  
 apostolorum audisti, dicta sunt, cum dicunt:  
 hæc de piis dicimus, idest de pœnitentibus. pro  
 impiis

impiis vero si totum mundum tradideris, nihil profeceris. Hoc idem asserit etiam lingua aurea Ioannes. Nemo inquit, hinc eo digrediens, nisi sua soluerit peccata, quin rationem gestorum reddat, valebit effugere. Sed quemadmodum de carcere hoc catenati ad tribunal rei ducuntur: sic & anime omnes si hinc impenitentes decesserint, variis peccatorum circumdatae vinculis, ad tremendum iudicium rapiuntur. Aspicias & hic quomodo hinc imparatae decedentes anime, post mortem auxilium suscipere non possunt? Sed eo modo quo exeant, cum peccatorum oneribus ad tremendum tribunal trahuntur: sed quae penitentiam subierint & feruidis cum lacrymis Deum placuerint, adhibitis pro iis sacrificiis & expiationibus, valde iuuantur.

*Chryso.*

### SECTIO VI.

**N**ON (inquit nouorum scurrarum *obiectio.*) emolumentum aliquid, vel subsidij mortuis accedit. ideo eorum commemorationes, ociosas reliquerunt. si vero aliquid accedit, id diuinæ misericordiae inquit permittamus. At nos illis respondemus, quid significare quadragesimas volunt, & per singula sabbata commemorationes, oblationes, anniuersaria monimenta, & sacrificia mortuorum, quam de causa? pro quibus? cur fiunt? si pro sanctis dixeris, falsus est sermo; manifesta est, & parata confutatio. Gregorius

rius

Lib. 4. c. 25<sup>v</sup>

rius dialogus in dialogorum libro ad Petrum  
 ait: Et tamen luce clarius constat, quia perfe-  
 ctorum animæ mox ut huius carnis claustra  
 exeunt, in caelestis regni sedibus recipiuntur. Si  
 igitur in caelestium sedibus, & una cum Christo  
 sunt, pro iis non opus est oblationes, vel pla-  
 centas, & pro peccatis sacrificia offerre Deo. Si  
 vero pro iis qui inferno detinentur dixeris; nec  
 id verum est. immo nec tu ipse dices nisi peni-  
 tus insanieris. si vero non, & diues dum in i-  
 gne torretur, stillam aquæ obtinisset. At hoc  
 nequaquam est. quamobrem inuitus & no-  
 lens pro mediis id fieri confiteberis. at pro qui-  
 bus? pro fidelibus, pro penitentibus, pro qui-  
 bus iam sæpe diximus. Quanam de causa, &  
 cur? ut Deum in eorum gratiam places, & quod  
 illi dum viuerent, præstare non potuerunt, tu  
 pro illis adimpleas. Non, inquit aduersarius,  
 non propter hoc; sed in gratiam sacerdotum id  
 institutum est; ut & ipsi præsidia vitæ sibi com-  
 parent, oblationes & elemosynas accipiendo.  
 ô insaniam, ô stoliditatem, vel ut magis pro-  
 prie dicam, ô impudentiam, & blasphemiam;  
 Dei sponsa immaculata, omnique reprehensio-  
 ne superior ecclesia, misericordis, & veri-  
 Dei prædicat errores. muta fiant dolosa labia,  
 quæ aduersus Dei loquuntur ecclesiam. non  
 enim ut inde sibi victum pararent sacerdotes,  
 id ecclesia constituit: nam id cogitatu solum  
 impium, ac penitus stultum est: sed in utilita-  
 tem mortuorum sancitum est, ut sæpe dixi-  
 mus,

mus. nec pluribus verbis est opus, si vnum vel alterum testimoniū addidero, quæ vltimo loco referuauī. deinde vestris obiectionibus respondēbimus, & orationi finem imponemus. Gregorius dialogus ecclesiæ Dei præses, cuius antea fecimus mentionem, in oratione & libro dialogorum prædicto sic ait. A te peto beatissime pater quidnam esse poterit, quod mortuorum valeat animabus prodesse. Gregorius. Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multum poterit salutaris sacrificij oblatio animas adiuuare. Audis quod animæ post mortem adiuuantur? Oportet igitur scire de quibus intelligat. De sanctis nemo mentis compos dicere audebit: at neque de desperatis. sequitur vt iis, qui penitentes moriuntur hæc purgationes & auxilia profint, non enim sola confessio & penitentia sufficit, vt ipsum in regna cælorum perducatur: quemadmodum indocti quidam & insensati sæpenumero nobis obiiciunt: Sed necesse est antea satisfacere de peccatis, opere simul, & omissione commissis. Penitentia namque, feruida que confessio, occasio est viam inueniendæ salutis. Si vero præuentus ex hac vita, & seculo decesserit, ab æterna damnatione redimitur; quam subiisset, si eum non penituisse. Ar deliciarum & lætitiæ paradisi non fit hæres, nisi sufficienter seipsum purgauerit, & dignum se illius hæreditatis ostenderit. Vnde animarum bonique amator dominus Deus, de omnium salute sollicitus, & omnes fieri

Greg. lib. 4.  
cap. 15.



fieri saluos cupiens, ei quem toto corde suorum  
 criminum penituerit, si satisfacere præuentus  
 morte nequiverit, pœnam purgationis tribuit,  
 ut temporario & purgatorio igne purgatus, à  
 sempiterno & sine fine igni liberetur. Nec ut  
 à damnatione tantum liberetur, sed & cœlestis  
 habitationis capax euadat, secundum oraculum,  
 tanquam aurum in fornace, probauit illos,  
 & quasi holocausti hostiam accepit illos.  
 Exemplum purgationis huius tradit ipse idem  
 Gregorius in eodem loco ad Petrum, eundem  
 sequendo sermonem. Dicit enim: Vnde hanc  
 utilitatem nonnunquam ipsæ defunctorum  
 animæ expetere videntur, quemadmodum  
 prædictus Felix episcopus à quodam vitæ venerabilis  
 presbytero cognouisse se asserit, qui presbyter  
 usque ante biennium vixit, & in diocesi  
 Centumcellensis vrbs habitabat, atque ecclesie  
 beati Ioannis, quæ in loco quæ dicitur Tau-  
 riana sita est, præerat. Idem igitur presbyter, in  
 eodem loco in quo calidæ aquæ sunt, quoties  
 necessitas corporis exigebat, lauare consueue-  
 rat. Die vero quadam cum eo fuisset ingressus  
 inuenit quendam incognitum virum, ad suum  
 obsequium præparatum, qui sibi de pedibus  
 calcæamenta abstraheret, vestimenta suscipere-  
 ret, & exeunti de thermis sabana præberet; &  
 omne ministerium cum magno famulatu  
 perageret. Cumque hoc sapius fieret, die qua-  
 dam idem presbyter ad balnea iturus intra  
 semetipsum cogitans dixit, viro illi, qui mihi  
 solet

Sap. 3.

Greg. Papæ  
 ex lib. 4.  
 dial. c. 29.

solet tam sincere ad lauandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid mihi necesse est ei pro munere portare. duabus ergo oblationibus sumptis profectus est; qui mox ut peruenit ad locum, hominem inuenit, atque ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lauit itaque, & cum iam vestitus voluisset egredi, quas secum oblationes ferebat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut caritatis gratia ea susciperet; cui ille mærens afflictusque respondit, mihi ista quare das pater? iste panis sanctus est. ego eum manducare non possum. Ego etenim quem vides, huius loci dominus aliquando fui; sed culpis meis hic post mortem condemnatus sum; si autem mihi quid præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem; & pro peccatis meis deprecare. Et tunc exauditum te esse cognosce, cum huc ad lauandum veneris, & me non inuenieris. Et his dictis disparuit; & is qui homo esse videbatur, euanescendo innotuit quia spiritus fuit. idem vero presbyter hebdomadam continuam se pro eo cum lacrymis afflixit; salutarem hostiam quotidie deo offerens. Et reuersus postea ad balneum, eum ibi in posterum non inuenit.

## SECTIO VII.

Ex

**H**is igitur verbis ostenditur quantum animabus conducatur sacræ hostiæ oblatio, quando eam spiritus defunctorum à viuentibus perunt; si quisque significant, quod per eam à peccatis redimuntur. Vbi nam est rudium, insensatorum, & misere senescentium legislatio, qui non lunt pro mortuis offerre sacrificia? sed his qui in vinculis detinentur, non autem sacerdotibus exhibere. Quando defuncti spiritus nulla pro detentis in carcere sollicitudine distinebatur, vt eis eleemosynæ fierent; sed vt sacrificium offerret Deo, à sacerdote flendo petebat; honestum enim est, & Deo acceptum opus eleemosynas etiam in eos erogare, & aliis piis operibus studere. nemo est tam stultus, qui huic rei aduersetur. Sed omnib<sup>9</sup> antecellit missæ sacrificium, quod pro defunctis offertur Deo. Hæc & alia his similia, memoratuque digna exempla in eadem narratione beatus hic pater & magister adiungit, dum exponit animarum post mortem purgationem: quæ propter eorum prolixitatem huic loco non apponuntur, sed eo lectorem remittimus. Ac si quis sedulo librum perlustrauerit, ab omni contentionis studio se vindicaturum confido. Nam animæ quæ ex hoc mundo minus in satisfactione perfectæ discedunt, pœnis & igni destinantur, non combustiui, sed purganti; nec sempiterno, sed temporario, vt in ea temporaria pœna, & igne illo à suis criminibus purgentur, quorum in hoc

hoc seculo integram satisfactionem persolvere non potuerunt: profunt autem ipsis, ut à lacrymis & gemitu inferni liberentur, tempusque abbreviant, quod ibi manere debuerant secundum mensuram peccatorum, sacrificia, & alia bona piaque opera, quæ pro ipsis suscipiuntur, secundum diuinum & sacrum decretum. Ac veluti si quis per menses sex, aut annum ad carcerem damnaretur, potest iudex necessariorum precibus permotus, tempus contrahere, de carcere educere, & libertatem abeundi concedere: Sic & animæ quorundam ob propriam damnatæ negligentiam, sacerdotum precibus, & cognatorum piis operibus à pœnis redimuntur, easque regni cælestis participes facit clemens, bonique amator Deus. Hoc idem & beatus Iohannes Damascenus tanquam ex mortui persona canit orans: Imago sum, dicēs, ineffabilis gloriæ tuæ, & si stigmata fero peccatorū, miserere tuæ creaturæ domine. Et pro tua miseratione emunda: & exoptatam mihi patriam concede, paradisi ciuem me rursus constituendo. Similiter & ad inuitatorium sabbati ad matutinum, secundi toni ad septimum cantum canonis mortuorum tertio versiculo dicit: Magna & immensa misericordia, abyssus infinita dilectionis tuæ; peccatorum remissionem eis, qui ad te transierunt tribue, & ob tuam gratiam mundatos eos ostende. noti illud, pro tua misericordia emunda, & illud, mundatos eos ostende. quamobrem mortuus

*Damasceni.*

*Eiusdem.*

K

exclamat

2. Cor. 3o

exclamat? nonne vt eo igne purgationis purgetur? Et nos rursus cur pro mortuis deprecemur? sane vt eos purgatos in die retributionis ostendat. Id mutuatus à beato Paulo doctore ait, vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit, quia in igne reuelabitur: cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Nos possumus & nos secundum opinionem nostram hæc verba sic intelligere; & si alij aliter exposuerunt: quod cuius opus manserit, id intactum ab igne; quia hinc lumen accepit mercedem accipiet. Idque est iustorum opus: transibunt enim iusti per ignem illum, & nemo contradicet, vt aureus Ioannes testatur in quarta homilia in Matthæi euangelium. Nam sancti, (inquit) per fluuij huius ignem incendent, nec molestiam vllam suscipient: immo vero hilares conspiciuntur. quomodo enim mali quicquam patientur, si hic perfecte mundati fuerint? cuius vero opus arserit, detrimentum patietur. id est qui habet leuia, nulliusque ponderis peccata, comburentur ea veluti fœnum & stipula, quoniam ea facile absumit ignis. Nam id innuens beatus Paulus aiebat: qui superædificauerit super fundamentum hoc ligna fœnum, stipulam, quasi diceret, qui ex hoc mundo discesserit habens peccata venia digna, quasi stipulam, fœnum, & lignum, facile ignis absumet, & detrimentum patietur, id est ad tempus plectetur: opere combusto quasi digno vt aboleatur & deleatur, ipse vero saluabitur.

chrysost.

tur; sic tamen tanquam per ignem. quod si & hoc modo dixeris, non multum aberraueris, Quod cuius opus manserit, idest qui hinc migrauerit peccatis mortalibus detentus, manebit opus tanquam graue instar ferri, vel lapidis, quæ quidem non facile absumit ignis. Hic operis sui mercedem recipiet, sempiternam damnationem; cuius vero opus comburetur, ipse saluabitur, quasi per ignem; ut aurum si cui fuerit admistum materiæ ab ipsius alienæ naturæ, adulterinum euadit, ac de suo splendore diminutum inutile redditur: at si probatum igne fuerit, vitium illud absumitur, & abolitioni traditur, aurum vero pristinum nitorem recipit; sic & anima per ignem purgationis e-lutis sordibus, propter quas ex negligentia & inertia sordescebat, rursus ad priorem splendorem & nobilitatem reuertitur. Hanc meam *Ex Basilio super Esaiã.* sententiam confirmabit calitus demissus & facter Basilius in expositione beati Esaiæ prophetæ super ea verba: quod si abluerit dominus, fordes filiarum Sion, & sanguinem lauerit Hierusalem de medio eius in spiritu iudicij & ardoris. Hæc verba aperte idem dicunt cum Ioanne, quod dicit de domino: ille vos baptizabit in spiritu sancto & igne. de se vero; ego vos baptizo in aqua ad penitentiam. cum igitur vtrumque dominus coniunxerit, scilicet quod & ex aqua est ad penitentiam, & ex spiritu ad regenerationem, ac verba vtrumque baptismi significant, nequaquam sunt tres significatio-

nes baptismatis, sordium purgatio, spiritus  
 generatio, & ea quæ fit in igne segregatione  
 probatio. Quapropter, lauare, pro peccati  
 positione, quæ in hoc mundo fit, sumitur. illo  
 vero, spiritu iudicij & spiritu ardoris, pro ea quæ  
 in futuro seculo fit probatione per ignem, acci-  
 pitur. Egent autem commissa per ignoran-  
 tiam peccata, quasi sordes quædam, animæ  
 torem labefactantes, & naturalem eius pulchri-  
 tudinem deturpantes, lotionis purgatione; pe-  
 cata vero ad mortem, eorum qui sponte de-  
 linquunt, & id cognoscunt, sanguis appellan-  
 tur, egentq; iudicio ardoris. Sed quia qui con-  
 tetur, lauari vult & purgari; & iniquitatem lo-  
 tione dicit indigere, & peccatum purgatione  
 dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, &  
 à peccato meo munda me. qui diuinarum doctrin-  
 arum penitus sunt expertes, & ante verbi cog-  
 gnitionem deliquerunt, tanquam sordibus  
 commaculati, egent ea quæ per aquam fit pur-  
 gatione; qui vero post acceptam vitam, sibi  
 pñis insidias struunt, sanguinis rei, ea quæ per  
 ignem fit purgatione indigent. Possimus etiam  
 simplicius interpretari, quod ea peccata quæ  
 velut in superficie sunt, & intus non latent, sordibus  
 quodammodo sunt similia: profunda &  
 interiora ex prauo habitu delinquentium com-  
 missa, sanguini comparantur. Iccirco ex me-  
 dio peccatorum, per spiritus vñtionem purgati  
 dicitur sanguis. Propheta: Et comburetur sicut  
 ignis iniquitas. Basilii: Haber commi-  
 natio

natio, quandā beneficij speciem, quia combu-  
 retur sicut ignis iniquitas. Nam paratam ex  
 parte iniquitatis materiam aboleri, pro homi-  
 num beneficio, à bonitate domini constitu-  
 tum est. Prophetæ: Et sicut gramen aridum  
 deuorabitur ab igne, & comburetur in den-  
 sibus syluæ. Basil. Quomodo demergitur in  
 terrenis affectibus anima? sicuti gramen affect<sup>o</sup>  
 animæ serpunt ex carnis appetitu pullulantes,  
 mutuo se generantes, & alios de aliis producen-  
 tes. Nam veluti gramen supra modum inter  
 herbas geniculatum est, nec vnquam eius ge-  
 neratio desinit; sed semper primæ generationis  
 finis fit sequentis principium, talis est & pec-  
 catorum natura: ipsa seipsam suscipit, gignit  
 libido libidinem, consuetudo mentiendi, fit  
 mendacij mater: & qui in furtis meditandis  
 versatur, facile iniuriam audet inferre. peccan-  
 di enim occasio fit præcedens peccatum. Si igitur  
 per confessionem peccatum aperuerimus,  
 sicut id gramen reddidimus, vt à purgato-  
 rio igne deuorari mereatur. Id autem in den-  
 sitate syluæ comburitur. Et paulo post: Si non  
 euaserit vt gramen aridum, nostrum peccatū,  
 ab igne non deuorabitur, nec comburetur. Et  
 iterum: Propter furorem iræ domini, combu-  
 sta est omnis terra. Ostendit terrena pro ani-  
 mæ beneficio igni tradi punishmentis, sicuti do-  
 minus subostendit dicens, Ignem veni mitte-  
 re in terram: & quid volo nisi vt accendatur? Luc, 12.  
 Prophetæ: Et erit populus sicut ab igne com-  
 bustus.



bustus. Basilius: Non interitum minatur, sed purgationem subostendit secundum apostoli dictum, quod si cuius opus comburetur, damnatum patietur, ipse vero saluabitur, sic tamen tanquam per ignem. Audis magnum patrem hunc, quomodo eluitur & deponitur hic malitia; in futuro vero probatur & purgatur ab igne? & quod pro animæ beneficio, à bonitate domini, punitionis ignis ille est cõstitutus? & quod peccata parata materia aboletur, ac veluti gramen aridum comburitur, si per confessionem denudetur; si vero non denudetur, à purgatorio igne deuoratur? Et quod interitum non minatur, sed purgationem subostendit. dum hæc dicit, beatus hic Apostolica illa verba adducit, ipse vero saluabitur, sic tamen quasi per ignem. Nam saluabitur, salutem ostendit, vt verbum ipsum sonat, non perditionem, vt quidam volunt.

### SECTIO VIII.



Igitur quæ antea dicta sunt omnia & magni Basilij verba falsa sunt, etiã quod à Latinis vocatur purgatorium falsum est. quod si vera sunt, sicuti sunt, bene sacrum decretum dicit & vere, laudabiliter Latini sentiunt, & recte; iureque & absque culpa sanctæ Dei ecclesiæ nos aggregauimus: bonique viri, & religiosi munere fungimur vnionem & coniunctionem pacis & concordie seruando. fuit in animo alia etiam testimonia & dicta

dicta sanctorum huic argumento adiungere. sed qui iis fidem non adhibuerit, neq; aliis adhibebit, etiam si multo plura quis addiderit. Iccirco satis esse, quæ supra exposita sunt arbitramur; ad discretos & discendi cupidos homines conuertentes sermonem, qui & suam expetunt salutem, verumque, quoad possibile sit, & intelligunt breuiter, & amplectuntur libenter, non litigandi & contendendi studio quicquid occurrerit adducentes: sicuti ij faciunt; qui veritatem incessanter & impudenter ob animi prauitatem, & mentis hebetudinem abiiciunt. Et hæc quidē hæctenus. Nunc ad ea quæ *obiectio prima.* contendentes nobis obiicitis, orationem conuertem<sup>9</sup>; dicunt enim qui his aduersantur, primum quod homini sufficit in extremo peregrinationis sue die, penitentia cum lacrymis, & feruens confessio ad salutem, & ad cæleste regnū obtinendum. Latronis cuiusdam exemplum nobis obiicientes; qui nocte vna compunctus expirauit statim, cumque Angeli aduenissent, nihilque aliud quam paulo ante effusas lacrymas reperissent, dæmonibus reclamantibus in eo nihil boni inueniri, sanctos Angelos mantile lacrymis madefactum in trutinam posuisse aiunt: itaque dæmones, Dei misericordia confudisse. Meretricis etiam exemplum inducunt, atque alia his similia; non percipientes homines quod hæc pro nobis faciunt: nosque sic respondemus: effusas lacrymas eum saluasse, & à sempiterna vindicasse damnatione; quam

procul dubio subiisset, nisi penitentiam illam  
& lacrymas ostendisset: sed cæleste regnū nun-  
quam impetrasset, nisi purgatorius ignis eo di-  
gnum effecisset. Hi sunt qui in purgatorio pur-  
gantur, qui feruentem penitentiam com-  
monstrant, & contrito corde ex hoc mundo  
discedunt: quia non est acceptio personarum  
apud Deum. Necessè igitur est ei, qui Deum  
videre cupit, vt animam suā in antiquam pul-  
chritudinem restituat, quam ante inobedi-  
tiam & damnationem in paradiso Adamus ob-  
tinebat: & propterea ibi eum collocavit, cum  
esset sine peccato. sed cum offendisset & peccas-  
set, inde expulsus est. Qui volunt igitur pa-  
radisum incolere, ita purgentur, vt in iis nec  
macula nec liuor reperiatur. Non enim sola  
sufficit penitentia: nam si sufficeret, nunquam  
viuentes formulis vterentur, quæ post peccatā  
confessionem sunt institutæ. Ac veluti à spiri-  
tualibus patribus pœnæ assignantur iis, qui in  
vita confessionem adhibent, vt maculis qui-  
bus animæ eorum sunt respersæ, mundentur:  
sic & iis qui in vitæ fine constituti penituerint,  
& feruidis cum lacrymis confessionem pere-  
gerint, & statim decesserint, pœna assignatur  
purgatorius ignis; vbi affligitur & maceratur  
anima, cum in memoriam reuocat amissum  
tempus dum in peccatis versaretur. Sed tempus  
abbreviant, & à cruciatu liberant preces, obla-  
tiones & orationes, vt sæpe dictum est. Qui nō  
credit, ex me audiat illud, quomodo voce psal-  
lit,

lit, A lacrymis & gemitu inferni seruum tuum saluator libera. Sancti namque neque gemunt neque flent, sed neque in inferno vlllo modo sunt. desperati, & impij quidem flent & plectuntur in inferno. Sed de iis, commemorationem facere non est opus, cum frustra sit, vt pluries à nobis expositum est. Consequens est, vt ij sint quos dicimus in penitentia decessisse; & non satisfecisse; quos in inferno vna cum impiis & desperatis esse negam<sup>9</sup>, in obscuro & caliginoso damnationis loco. neque vero eosdem aut inutiliter gemere, aut incallum flere concedimus: sed in medio scilicet purgationis loco, vbi seorsum & doloribus excruciantur & gemunt, quod sua sponte bonis fuerint priuati, quodque post dissolutam corporis compagem, non ea statim sint assecuti, pro quibus à tenebris redimi deprecamur; & à tristibus quibus detinentur vinculis liberari, & de custodia educi, & cum Malachia propheta canimus, quando dicit; quasi ignis in fornace, & quasi herba fullonum purgabit & mundabit Deus quosdam. At ille æternus ignis neminem mundat neque lauat. Si ergo sancti lotionem vel mundationem non egent, (sunt enim labis expertes) sed neque qui in inferno degunt impij, & impenitentes eluentur, vel mundabuntur vnquam; nam desperati sunt: qui ergo sunt, quos lauabit, & mundabit Deus secundum prophetam? at ij sunt quos medios nominamus. Alioqui si peccatores in extremo vitæ

Malach. 3.  
sed paulo  
aliter.

*Obiectio  
secunda.*

constituti, sola confessione veniam impetrēt, superuacanea sunt omnia quæ fieri sanxit ecclesia. Secundam aduersus nos obiectionem adducunt, quod si ei qui obdormierit opitulari opus est, & si omnino datur subsidium, habentibus qui auxilientur, dabitur. at pro non habentibus quis deprecabitur? & hanc quam primum dissoluemus: quippe cum hi quoque binos habeant adiutores. hic ecclesiam, & ibi purgatorium ignem, quod in penitentium subsidium comparatum est. Rursus dementes estis, neque percipitis ecclesiam Dei semper orare pro mortuis, & singulis sabbatis pro animabus tantum facere commemorationem. Præterea bis in anno pro defunctorum memoria celebrat festum, in sabbato dico quod carnis priuuium præcedit, & ante pentecosten. Hoc eo fit, ut simul omnes comprehendant, & eos qui cognatos, qui curam de his suscipiant, pariter & qui non habent; ut & ipsi cum omnibus in commune huius subsidij participes efficiantur. Tertiam postea & urgentiorem nobis afferunt admodum exultantes, & superciliū at tollentes. Esto dicentes, purgentur nunc animæ, quousque vniuersalis adueniat resurrectio: fit tempus in quo cruciatus, gemitus, & lacrymas in inferno perpetuantur, sicuti vos asseritis: peracta purgatione, regni celestis compotes fiant: sed in commutationis die secundū beatum Paulum, & qui tunc viuunt aderunt, qui ante mortuos nō resurgēt; quia in ictu oculi &

*Obiectio  
tertia.*

in momento viui cōmutabuntur, & mortui re-  
 surgent, quomodo temp<sup>9</sup> remanet in ictu o-  
 culi aggrediendi & laborem insumendi? vbi sa-  
 crificia, eleemosynę & reliqua propter angustiã  
 temporis, in quo certamen peragitur, & coro-  
 nę traduntur, & vnusquisque recipit secundũ  
 opera sua? Quid ad hæc respondebitis vos, qui  
 Florentinam synodum amplectimini, & stre-  
 nue ipsam prædicatis? qui tempora assignatis  
 iis, qui purgantur in tristi, & tenebroso loco il-  
 lo, quid aduersus hæc adferetis? huic rei adhi-  
 bita lenitate animi, aures quas, accōmodate.  
 Quia iustus est dominus & iustitias amat, &  
 semper est de animarum salute sollicitus: qui  
 nunc in vera pænitentia decedunt, eos vt sæpe  
 dictum est, transmittit ad purgatorium, vni-  
 cuique tempus in quo purgetur assignans, se-  
 cundum commissi proportionem. cæteris eo  
 tempore multipliciter & multifariam salutem  
 parabit. Primum quidem pœnam incompre-  
 hensibilem tradit, Antichristi scilicet tentatio-  
 nem, qui secundum scripturas vexationē ma-  
 gnā exhibebit etiã electis seruis Dei. patientia  
 vero eorum saluabit illos, secundum verbũ Do-  
 mini, quod qui perseuerauerit vsq; in finē hic  
 saluus erit. & qui vitæ finem sortientur, alio  
 modo saluabit illos, acerbiores iis, quam pur-  
 gatorii ignis assignans pœnam vno tantũ mo-  
 mento temporis, quam si anni centum interce-  
 derent. Exempli gratia, magistratus pro vno &  
 eodẽ crimine duos cōprehendet: quorũ alterũ,  
 annum

Matth. 24.

Matth. 10.

annum vnum damnabit ad carcerem, & liberabit: alterum alia pœna vinculis grauiore, vt vna hora cruciatus suppliciorum decem experiatur, & liberabit. quis ex duobus, dic mihi, acerbiozem pependit pœnam? qui per annum sit commoratus in vinculis, an qui per breue temporis spacium tortus fuerit? Apertum est quod iste; sic & in illa hora, & vno iœuroculi, potentiarum Dominus qui omnia potest, & hoc efficere potest, ac rem assignando pœnam in indiuisibili tempore tunc iis, qui deprehensi fuerint in pœnitentia & purgatione, nec satisfactione vti potuerint. alioqui iudex id potest efficere, potentiarum Dominus non potest? Sed hæc iam satis à me exposita sunt: & recte vt arbitror, nō contendendi studio demonstrando hæc conscripsimus; sed quoad eius fieri potest veritati patrocinari cupiendo; sed qui his fidem non adhibebit, neque si quis à mortuis resurgat, persuadebit vnquam. Tu autem orthodoxe, quantum satis est, habes tertij capituli demonstrationes, & testimonia, quæ à sacris scripturis theologorum, & ecclesiæ doctoribus colligentes, pro virili exposuimus. Ex quibus liquido comprobauimus, animas post mortem magnum capere emolumentum.

In his mane, in his esto: quippe cum aliter esse non possit, quam ecclesiæ luminaria docent.

QVARTICA  
 PITIS, IN DECRE-  
 TO SYNODI CON-  
 TENTI, DEMON-  
 STRATIO.

De fruitione Sanctorum.

SECTIO I.



Hoc est quartum decreti ca-  
 put, quod vt periculosum  
 criminantur, & ab ortho-  
 doxa fide alienum; videli-  
 cet, quod sancti sint in glo-  
 ria Dei, & lætentur visione

eius; ac quatenus animæ perfecte participes  
 sint eius diuinæ fruitionis. Sed quidam reci-  
 piunt, ex numero inquam schismaticorum  
 (schismaticos enim eos appello, qui sacram  
 non sequuntur synodum) quidam vero ne-  
 gant. Cæterum aduersus eos qui confitentur,  
 non est disputationi locus; sed aduersus dubi-  
 tantes, vel contrà sentientes, necesse est nobis  
 omni conatu disserere, & strenue respondere;  
 vt etiam hoc vna cum aliis stabiliatur, & iis qui  
 discrimen huius rei percipere volunt, veritas  
 innotescat; qua cognita, schismaticorum in-  
 saniam



saniam perspiciant; quodque sine vlla profusa  
 ratione synodo aduersantur, & sanctis qui a-  
 pertissime hanc sententiam in libris suis theo-  
 logicis comprobant. Seruata igitur eorum qua  
 antea exposuimus consequentia, incipiamus  
 rursus his cum caritate respondere. Deprecor  
 ergo vos, vt attente audiatís quæ mox dicturi  
 sumus, vt omnis offensio, quæ concordiam  
 possit impedire de medio tollatur: veritas ve-  
 ro in omnium animo insita, fructum pacis, &  
 caritatis producat; cessetque lis & contentio;  
 concordia vero, & caritas consequatur. Vnde  
 igitur initium sumam, vel vnde incipiam fra-  
 tres? vndique diuinas scripturas, sacrum euan-  
 gelium, & doctores ecclesiæ, video aperte iis  
 quæ à vobis afferuntur, contradicere, vos vero  
 ex vestris nil necessario concluditis; nisi ante  
 communem resurrectionem, sanctos, & pecca-  
 tores quæ merentur præmia, vel pœnas non re-  
 cipere. id profecto, fratres, vt viri eruditi iudi-  
 cant, nullam vim habet. Quod autem iusti,  
 & peccatores à die exitus eorum, recipiunt,  
 Deo verba sumministrante dum os aperimus,  
 ostendetur. Sed ordine incipiendo, etiam hoc  
 loco oportet orationem veluti in iudicio pro-  
 ponere, vt hoc dogma sole clarius, & purius e-  
 lucefeat exacte interrogando, & respondendo  
 perpensum.

## SECTIO II.

**N**TERROGAMVS ergo vos o  
 fratres, quamobrem iustos in præ-  
 sentia mercedem recipere nolitis?  
 si quia nondum aduenit resurrectio  
 dicitis, hoc non concludit, iustos non recipere.  
 nam semper Deus iustus est, & nunc, & in  
 resurrectionis die. nam si iustus est, quemad-  
 modum est (scriptum est enim, iustus est do-  
 minus, & iustitias dilexit) sancti vero propter  
 eum, qui vere iustus est, animas suas tradide-  
 runt, vt cum iusto Deo requiescerent: nunc sa-  
 ne sequitur vt apud Deū sint: quoniā tales post  
 mortē firmiter iusti sunt, & tu orans psallis, fac  
 requiescere illos vbi iusti requiescunt. quod si  
 cum iusto Deo non requiescunt, in dubium eo-  
 rum iustitia reuocatur; quod tibi etiam nō pla-  
 cet. Nullatenus, dicunt, recipiunt iusti nunc,  
 vel beatitudinis omnino participes fiunt, sed  
 cum tempus erit se fruituros sperant, & in hoc  
 exultant, & lætantur. Hoc autem simile erit si-  
 tientibus, & exustis, cum iuxta fontem aliquem  
 assident, sitiq; enecantur, aquam prope conspi-  
 ciendo, & repleri cupiendo, ad incendium, &  
 æstū compescendum ex labore, & defatigatio-  
 ne susceptū: sed ab aliqua inuisibili re præpedi-  
 ti potare non possunt, magisque aquæ inspe-  
 ctione inflammantur, sitisque augetur, & mi-  
 sere, vt par est, aduruntur. at hoc vel lactentes  
 infantes diridebunt; si potandi spe sitiens ob-  
 lectatur, quamuis aquam non attingat. Sed,  
 vt ego arbitror, non solum non oblectari iustos  
 oratio

psalm. 10.

oratio vestra concludit; imo tristari magis, & angari vehementer: an vero ita se res habeat consideremus. summum bonum vt sancti & theologifentiunt, solus Deus est. est autem gaudium exultatio, desiderium, appetentia. qui igitur bono priuantur, gaudio, & exultatione absque dubio priuantur. at sancti si priuantur tristantur: si tristantur, anguntur, huicque nemo contradicet. sequitur ergo secundum vos angari iustos. at id absurdum plane est, si in presentia angantur, cum in corpore, & hac temporaria vita multum laborarint, vt ibi sine molestia degant, & conquiescant. Sed quid ulterius hostes veritatis addunt? fatemur iustos in aliquo loco esse, & requiescere; sed ineffabilia bona, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nondum recepisse. hic subit mihi vehementer ridere, si Deum in faciem iustorum animæ videant, & trinitati, & Dei throno sine villo medio assistant, nec tamen ineffabilibus bonis adhuc perfruantur. ô insensibilitatem. quæ nam ineffabilia bona esse existimatis visione Dei maiora? perspicite quid dicatis, nam id blasphemia maxima est. Si enim Deum in faciem vident, quod nemo negauerit vnquam, sunt autem & alia bona, quæ non vident; ergo maiora ea Dei visione sunt; si hunc vident, alia, non vident. at id neque demones vnquam dicerent. Quid? nonne & beatus Paulus; cupio inquit dissolui, & esse cum Christo? Si ergo dissolui cupiebat, & esse

1. Cor. 2.

Ad Phil. 1.

esse cum Christo, nunc vero post dissolutionem non est cum amaro, tristatur, & angitur; & mentitur diuinus præco veritatis. at hæc ambo absurda. nam si absurda hæc syllogismis demonstrare voluerimus, ostendemus eos qui fruitionem sanctorum negant, hæreticis esse deteriores, & incarnatam domini dispensationem abnegare, qui homo fuit, crucem & mortem sustinuit, vt iis qui à sæculo obdormierunt, iustis videlicet cælestem mansionem & fruitionem largiretur: eamque credimus eum quotidie tradere, & tradidisse iis, qui sincere viuunt, & religiose ipsi inserviunt. Quod si per vos non tradidit, neque incarnatus est, errauimus, credentes Deum Christum incarnatum, qui non incarnatus est. denique secundum vestram sententiam facile possumus demonstrare eos abnegare incarnatam dispensationem Domini nostri, & Dei Iesu Christi Saluatoris.

### SECTIO III.

**S**ED quoniam vndique pacem quaerimus, & vos omni adhibita caritate ad nos pertrahere volumus; nec vilo modo vos scandalizare, age nunc officiosius adhibitis Ecclesiæ doctoribus orationem exordiamur, & quæ sancti recte super hac sententia protulerunt, in medium afferamus; vt liquido cognoscatis iustos omnes quatenus animæ sunt, esse in Dei gloria, Deumque in faciem videre

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Crisost.

dere, & huius visione latari: nam nil aliud e  
 sanctorum fruitio, quam Dei visio, primum  
 que quod sacris apostolis Christus dixit, in me-  
 dium prodeat: vado parare vobis locum, vt vb-  
 sum ego, & vos sitis. Et rursus, cum Deo, & pa-  
 tre colloquens, sic ait: pater quos dedisti mihi  
 volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt vi-  
 deant claritatem meam, quam dedisti mihi  
 quia dilexisti me ante mundi constitutionem  
 Quid hoc dictum significat? nam discipuli  
 dixit id, vbi ego inquit, & vos mecum sitis. Si-  
 gitur cum eo non sunt, quid dicemus? sine  
 te hoc dicere. ego Deum reformido, & ipsum  
 mendacem appellare deuito; quia verum dice-  
 re didici. Deinde postea aurea lingua Ioannes,  
 in sermone cuius est titulus, quod oportet fle-  
 re peccatores, & quod valde profunt mortuis  
 sacrificia pro iis oblata, cuius principium est,  
 Mors fratres inter indifferentia ponitur, hac  
 scribit: Oblectamur in commemoratione iu-  
 storum non solum viuentium, verum etiam  
 mortuorum, illi peccatores scilicet, & hic com-  
 morantes super omnes misericordia digni  
 sunt; quia offendunt. hi, & qui eo demigra-  
 runt iusti videlicet, beati; quia ad Christum  
 profecti sunt. peccatores vbicunque fuerint,  
 procul a rege sunt, & propterea lacrymis digni:  
 iusti autem siue hic, siue ibi apud regem sunt,  
 ibique magis prope sunt, non per speculum,  
 non per fidem; sed facie ad faciem. Et Gregorius  
 theologus in fine orationis in diuum Cypria-  
 num,

num, inquit, & sanctæ Trinitatis splendorem, cui nunc assidet. & fusius in oratione in fororem Macrinam Gregorius Nyssenus de hoc scribit. Metaphrastes vero in sancti Ioannicij vita in fine orationis sic aperte dicit: Diuus Ioannicius, spiritu quidem ad eum quem diligebat demigrat, angelorum choris comitatus; corpore vero vna clauditur. Methodius qui inter patriarchas dum viueret magnum lumen effulsit, post octo menses ab eius morte decessit, quartadecima die instante Iunij. Quæ sunt igitur ea quæ post obitum huius admirabilis Ioannicij contigerunt? fractorum consolationes membrorum, quidam à prauis dæmonibus liberati sunt, cum ad eius tantum monumentum accessissent. Et quo pacto post obitum poterat Ioannicius hac gloria spoliari, cuius discessum columna ignis apud montem olympum significauit? quem angeli præcedebant paradisi ianuas aperientes, & in cælestem beatitudinem deducentes, vt purificatus in conspectum Domini perueniret; & cum angelorum ordinibus versaretur; à quibus beata Trinitas glorificatur, & exaltatur nunc, & in sempiterna sæcula sæculorum amen. Vides tu qui contradicis, quod angeli præcedebant, & cæli ianuas ipsi aperiebant, & ad cælestem beatitudinē perducebant. quo pacto tot, & tantis ecclesiæ doctoribus omnino contradicere audetis? Diuus Gregorius dialog<sup>o</sup> cuius antea meminim<sup>o</sup>, veteris Romæ pontifex, libro

*Gregorij Na-  
zianzeni  
Greg Nyssen-  
Metaphraste.*

*Gregorij 4.* quarto dialogorum in responsionibus ad Petrum eius archidiaconum super hac re ita dicit. Petrus. placet quod dicis; sed nosse vellem, si nunc ante restitutionem corporis, in celo recipi valeant animæ iustorum. Hoc nequidem de omnibus iustis fateri possumus, neque de omnibus negare, nam sunt quorundam iustorum animæ, quæ à cælesti regno quibusdam adhuc mansionibus differunt. in quo dilationis damno quid aliud innuitur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt? & tamen luce clarius constat, quia perfectorum animæ mox vt huius carnis claustra exeunt, in cælestis Regni sedibus recipiuntur. quod & ipsa per se veritas testatur dicens, vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ: quia vbi ipse redemptor noster est corpore, illic procul dubio colliguntur iustorum animæ. Et *Ad Phil. 1.* Paulus, cupio dissolui, & esse cum Christo. Qui ergo Christum esse in celo non dubitat, nec Pauli animam esse in celo negat. qui etiam de dissolutione sui corporis, atque in habitatione cælestis patriæ dicit: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manu factam, sed æternam in cælis. Nosti ergo, vel audisti, quid hic sanctus dicat, quod cum primum ex hac vita sancti decesserint, videlicet iustorum perfectorum animæ, ad cælestes sedes, & mansiones deferuntur? à quo igitur egregius ille Ephesius didicit, quod  
 vsque

*Luc. 17.**Ad Phil. 1.**2. Cor. 5.*

vsque ad vniuersalem resurrectionem recipere non debent iustorum animæ? oportebat enim eum, cum vir eruditus esset, non ita aperte doctorum ecclesiæ dictis aduersari; immo sibi ipsi contradicit. in epistola ad omnes gentes & insulas missa, penitus fruitionem sanctorum negat, vbi scribit; nos sanctos neque paratum sibi regnum, aut ineffabilia bona recipere, neque peccatores in gehennâ abire affirmamus: sed vtroque suam sortem, quæ futura est, post resurrectionem & iudicium expectare. hoc loco vt vides manifeste sanctorum fruitionem negat. At in oratione, quam is in diui Helix commemorationem conscripsit, aperte confitetur sanctos recipere; vbi dicit: Ego vero quod ei, veluti sanctorum animabus, vbilibet ad tempus morari, & in sua æde versari, & ad deprecantes passim commeare, necessarium, & verum esse existimo. at non ideo eum cælo carere dixerim, aut non vna cum splendoribus angelorum, domini throno assidere. Nam alius inferior esset, qui fere super omnes eminebat, si quia carne induebatur, societate eorum spoliaretur, & Dei ad faciem visione, qua per omne suæ vitæ tempus in primis potitus est. meis quoque verbis testificatur, quod in eum ecclesiâ ita canit; propheta præco Christi à magnifico throno nunquam disiungeris, & cuiusque languenti, in altissimis ministrando semper ades, orbi terrarum benedicis vndique glorificatus. Vides vt hic clare, & aperte sanctos

*Contra epist.  
Hollæ Epi. essj.*



Dei visione perfrui ad faciem asseuerat? diuinitate  
 que Heliam hac visione etiam in corpore di-  
 gnum esse existimatum dicit: quod quidem  
 plus est quam ipsa ratio postulat. Si aliud igitur  
 paratum regnum est, & ineffabilia bona, præter  
 Dei ad faciem visionem, id ostendat nobis: erit  
 enim Dei visione præstantius: quod nemo ex  
 ecclesiæ doctoribus vnquam dixit, maiorem  
 reperiri oblectationem quam Dei visio sit.  
 Quod vero dicit magnus Gregorius, iustorum  
 quorundam animas esse, quæ à caelesti regno  
 mansionibus differunt, et alias esse perfectorum  
 iustorum animas, ostendit esse etiam alios iu-  
 storum non perfectorum animas. Quod si quis  
 ambigit vbinam hæ sint, in tertio decreti capite  
 satis à nobis responsum est; nec semel dicta re-  
 petenda sunt, sed reuertamur eo, vnde digres-  
 si sumus.

### SECTIO III.



**A**D M I R O R igitur, & dubito, quo  
 pacto reperiantur quidam adeo ve-  
 ritatis fidei negligentes, vt non tan-  
 tum non discere velint, vt conuersi saluentur;  
 verum etiam eorum quæ à sacris doctoribus  
 scripta sunt; aperte corruptores extiterint: qui  
 nec recte intelligunt, neque audire sententiam  
 volunt, quam doctores habent super hac com-  
 muni Christianorum confessione. Sed exi-  
 guam tantum stillam ab iis haurientes sursum  
 deorsum

deorsum difficultates miscent ex suo sensu, existimantes egregia quadam ad euerfionem veritatis asferre, quas ante hos scriptis, & libris editis doctores dissoluerunt, ex quibus statim hi noui dogmatistæ redarguuntur: nam eos videre, & considerare oportebat, quæ sancti dicunt, & eorum dictis acquiescere. Quod si in sanctorum dictis, in quibus sententiam alternant, curationem non inuenissent, tunc demum licebat eis dubitationes asferre (si tamen id possent) nec vero ambigere de his decebat, quæ antea disputata, & declarata sunt. At qualisnam est eorum admirabilis quæstio quam nobis obiiciunt mirum in modum iactabundi? ô catholici, si vt vos dicitis, nunc iustorum animæ ante resurrectionem recipiunt, superuacanea est resurrectio & iudiciû & super throno assessus, & iudicij constitutio. quid tum recipient, si nunc receperunt? quibus nos respondemus. catholici sumus, & catholici dici volumus, & si in contumeliam hoc nomen *Obiectio.* nobis obiicitis, & iniuriam nobis inferre arbitramini; credentes enim vnam sanctam, & apostolicam ecclesiam, catholici sumus, & appellamur, qui catholici non vocantur, siue qui eam non sequuntur, schismaticos dicimus, ac iure, vt arbitror. Ad interrogationem igitur vestram dicimus, quod si noua esset vestra *Solutio.* interrogatio, pro viribus nostris responsionem attullemus: sed quoniã quod vos facitis, & alij ante vos egerunt, non opus est, quæ doctores

attigerunt, & responsiones vt decens erat tradiderunt, nos adeo audacter, & perfricta fronte respondere. Sed quod ij ediderunt, id ipsum & nos adiungemus. nam Petrus ecclesie magnæ archidiaconus, vt antea à nobis expositum est, magnopontifici Gregorio Dialogo, hanc quam in præsentia vos interrogationem proponitis, eandem is ipsi fecit; nam ita in eodem libro dialogorum scribit libro quarto capite vigesimo quinto. Petri interrogatio: Si igitur nunc sunt in celo animæ iustorum, quid est, quod in die iudicij, pro iustitiæ suæ retributione recipient? Gregorij responsio: Hoc eis, nimirum crescit in iudicio; quod nunc animarum tantummodo, postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruentur, vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusque pertulerunt. pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est: in terra sua duplicia possidebunt. hinc etiam ante resurrectionis diem, de sanctorum animabus scriptum est: datae sunt illis singulae stolæ albæ, & dictum est illis vt quiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus conseruorum, & fratrum eorum, qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt, quia modo animarum tantummodo, tunc autem animarum simul, & corporis gloria lætabuntur. Audistis ne, admirabilem dubitationem, & interrogationem vestram? quomodo alter ante vos vna cum aliis

magne

*Greg. Pape  
lib. 4. dial.  
cap. 25.*

*Esai. 61.*

*Apocal. 6.*

magno huic patri, & doctori Ecclesie obiecit,  
 & quo pacto ei respondit? quomodo igitur in  
 hoc morbo schismatis amplius manetis, cū a-  
 perte conspiciatis doctores vobis contradicere?  
 Quin etiā magnus ille Athanasius, vbi seipsum  
 interrogat de hac eadem re, ita respondit. Inter-  
 rogatio: vbinam dicemus esse nunc eorum ani-  
 mas, qui iam occubuerunt? responsio: noua est  
 & terribilis interrogatio, & hominibus ab-  
 scoudita. nam Deus nemini permisit vn-  
 quam, ad nos illinc reuerti, vt nobis exponere  
 posset, vbi nam, aut quomodo sunt, quæ hinc  
 demigrant animæ. tamen vt à scripturis mo-  
 nemur, quædam, idest peccatorum animæ in  
 inferno sunt subter omnem terram, & mare,  
 vt psalmus dicit: posuerunt me in lacu inferiori,  
 in tenebrosis & in vmbra mortis; & vt apud  
 Iob scriptum est, ad terram tenebrosam, & o-  
 pertam mortis caligine, terram miserie, & te-  
 nebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo,  
 sed sempiternus horror inhabitans. animæ ve-  
 ro iustorum post Christi aduentum (vt ex la-  
 trone qui in cruce pependit intelligimus) sunt  
 in paradiso. non enim propter latronis iusti-  
 animam tantum Christus Deus noster para-  
 disum aperuit: sed propter omnes denique  
 sanctorum animas. Videtis quo pacto contra-  
 dicitis? tamen si nossetis quid magna voce ca-  
 nitis, non vtique ambigeretis vos eadem quo-  
 que sentire. Sed subit mihi dicere, & si durum  
 vobis videbitur, in magnis profecto nugis au-

*Athanasij**Psal. 87.**Iob 10.*

res vestrae versantur, magna voce canitis, nihil tamen intelligitis, siue potius negligitis. legero enim, & non intelligere, dixit quidam ex sapientibus, est negligere: quoniam libri omnes de precibus id continent, sanctorumque animas in caelo esse Damascenus, & Theophanes eius rei auctores clara voce clamant. magnas igitur gratias habere vobis debemus, quia non aut delestis, aut ea fraude aliqua in codicibus obliterastis, vt quidam ante vos in tractatibus, & libris de processione spiritus sancti conscriptis effecerunt; id tamen illis inutiliter cessit, nam adhuc libri manent, qui maleficorum audaciam testantur: & apud vos perbelle feruantur, & quotidie cum vocis modulatione concinuntur, menstrua, triodia, sermones, metaphraeses, quinquagenaria, versiculi, troparia, idiomela, contactia, xci, synaxaria, exapostilaria: & ne singula enumerem, omnis fere ecclesiae nostrae scriptura ita sentit: nam ecclesiae theologi, ac doctores, poetae, melodique, profunda meditatione perpendentes, hoc statuerunt: quasi ex vno cratere sapientiae referto, omnes omnino hauriendo. Iccirco, nec discordant, nec sibi contradicunt mutuo, nec dissentiunt inter se

*Cetonis.*

*Damasceni.*

*Theophanes.*

*Sunt modi  
canendi in  
Ecclesiis  
Graecorum.*

## SECTIO V.

V N D E



**V**ND E igitur exordiemur? à prima  
 die mensis Septembris in idiomelis  
 diui Symeonis Stylite. Sancta tua a-  
 nima, inquit, pater Symeon, in so-  
 cietate exultat angelorum. & in alio; & cum in  
 corporeis in cælo tripudians. rursus in altero; &  
 cum angelis Deo assistens. vigesima octaua eius-  
 dem mensis de sancto Cyriaco, Et nunc para-  
 disum incolis in omni lætitia constitutus. Oc-  
 tobris prima de diuo Romano: cum iustis in-  
 tus in diuina gloria inhabitans oblectationem  
 illam ineffabilem aspicias. vides indefinentes  
 delicias, aspicias cælorum pulchritudinem, quæ  
 vere est amabilis. aspicias beatissime choreas  
 patriarcharum. Eodem mense x x v i. de diuo  
 Demetrio magno martyre. habet quidem tua  
 diuina anima, & immaculata gloriose Deme-  
 tri, cælestem pro habitatione Hierusalem. Et  
 iterum: in vltiramundanas sedes immacula-  
 tum spiritum tuum, sapiens martyr Demetri  
 Christus Deus recepit. Et alibi, Deo assidue as-  
 sistens. Et rursus, Manifestius beatitudinis fi-  
 nem es consequutus Christo assistens, toto  
 corde deprecare. Et iterum; nunc tu Christi  
 vultum intueris in faciem ô Cyrille, speculis  
 vere confractis, tuo diuino amori iunctus es.  
 Et rursus: recordare nostri pater Basili, con-  
 substantiali trinitati assistens. alibi: Et nunc in  
 cælis speculis effractis Antoni, sincere sanctam  
 inspicias trinitatē citra medium congressus. Et  
 de magno Gregorio; partim inquit victorię tuę

*Symeonis  
 Stylitea*

coronam recepisti, partim vero cum Christo  
 regnas splendidissima ex sanguine purpura in-  
 dutus, & scepro tuorum certaminum ornatus,  
 & corona gloriæ conspicuus in infinita sa-  
 cula. Et alibi: Hodie martyr de peregrinatione  
 triumphans ad caelestia peruenit, & in glori-  
 throno sedenti offert sanguinem cordis. Et in  
 alio: insignis & strenuus Georgius in suo glo-  
 rioso certamine supernas potestates latificans  
 & nunc vna cum ipsis exultans. In nona, de  
 magno Paulo Iunij vigesima nona. nunc non  
 in ænigmate, neq; in speculo Christus à te con-  
 spicitur, immo in faciem facies aspicitur, in te-  
 gram tibi diuinitatis gloriam detegens. Et in  
 aliis. pro Christo passi o decertatores martyres  
 animas in celo habetis in manu Dei. Et rursus.  
 tui Christe sacerdotes iustitia induti sanctis  
 sæculo gaudent, diuinam tuam pulchritudi-  
 nem clarius intuentes. Et in aliis, nunc non in  
 ænigmate pater, non in ænigmate pater, non in  
 speculo aspicias lucem numinis omnium prin-  
 cipii, facie ad facie sapientissime, qui & splen-  
 doris, & visionis diuinæ dignus effectus es.  
 Et rursus; cum angelis tripudias beate Onesi-  
 me martyrij corona exornatus; refulgenti  
 throno saluatoris assistis. Et alibi; sanctorum or-  
 dines, cum qui inter angelos requiescit magna  
 voce laudantes, diuinis nunc fruuntur delitiis,  
 & latantes tripudiant. Et in alio; superintel-  
 lectuali splendore exaturati sancti, & diuina  
 lætitia splendide repleti, dii vocamini, vt ei pro-  
 ximi

ximi, inter diuinos splendores versantes, &  
 & gloriæ ineffabilis radiis illustrati. Et rursus;  
 sacris melodiis celebrentur, quasi cælestis hæ-  
 redes regni, quasi incolæ paradisi. Et alibi;  
 conciuēs angelorum. & rursus; sanguinis tui  
 preciosi intinctione martyr, purpurâ tibi pre-  
 ciosam comparasti: qua indutus cælestem re-  
 giam vere inhabitas; Deo supremo regi assi-  
 stens. assistere vero supremo regi, quid aliud  
 per Deum significat, nisi quod sancti quate-  
 nus animæ beatitudine perfruuntur? in aliis  
 vero; patribus hymnum offeremus, qui ante  
 legem, & in lege refulserunt, & qui ex virgine  
 genito domino, & hero rectamente inseruie-  
 runt, & inaccessibilem lucem hanc adepti  
 sunt. & in alio; nunc ô beate intercede apud  
 Deum pro tuo grege. Et rursus; cæleste re-  
 gnum concupisti, quo nunc beatissime vere  
 fruieris. & in alio: super omnem virtutem po-  
 situs, pater Antoni cum angelis versaris in re-  
 gno calorū. & rursus; Dei præco Athanasi,  
 qui pericula, & perpetuas tentationes sustinui-  
 sti, nunc deliciarum paradisi dignus es factus,  
 diuinas mansiones consequutus, incorrupti-  
 bilis vitæ ligno propinquus, vt iustitiæ victor,  
 corona, & diademate cælestis regni exornatus,  
 decore conspicuus, & forma præcellens. Et rur-  
 sus; splendidissimo & fulgentissimo lumine  
 lucidius nunc illustratus. Et rursus: nō in æni-  
 gmate nunc gloriam, quam à puero concupisti  
 vides beate Eutychi, imo facie ad faciem nunc  
 solutis



solutis carnis speculis pater noster. & rursus: Ex  
 23 difficilibus angustiis, & corruptione in amplā  
 24 & iucundam paradisi latitudinem peruenisti,  
 25 sanctorum visurus splendidam lucem, & an-  
 26 gelorum choreas Deo assistentes, & incessanter  
 27 clamantes. Et alibi: terra quidem nunc operuit  
 28 corpora vestra, cælū vero ð sancti spiritus sem-  
 29 per fert, throno gloriæ assidentes, & cum an-  
 30 gelis exultantes. Et alibi: nunc cælos incolis  
 31 martyrum pie sanctorū & iustorum. & in alio:  
 32 princeps sacrorum Eumeni, qui libertatē tibi  
 33 apud Christum comparasti, iuxta cuius thro-  
 34 num sancte in gloria assitis nunc cum angelis  
 35 sanctis. Et rursus: ad tranquillum portum ap-  
 36 pulisti à laboribus requiescens, & coronat<sup>9</sup> tri-  
 37 pudias in paradiso, vna cum Christi martyri-  
 38 bus Niceta diuine, omnes merito te glorifica-  
 39 mus. Et rurs<sup>9</sup> in alio; qui à dextra assitis trini-  
 40 tatis, & immediate versaris. Et in ode nona ca-  
 41 nonis sancti Ioannis theologi. nunc nō in ani-  
 42 gmate; sed facie ad faciem, deliciarum torrentē  
 43 inspicere meritus es, pacis flumen, & fontem  
 44 immortalitatis, qua nunc irrigatus diuinitate  
 45 perfrueris. Et Augusti quarta. non amplius in  
 46 speculo conspicias summum bonorum ð sancta  
 47 martyr. ad faciem aspicias faciem, iam solutis  
 48 vere ð Eudocia, imaginibus. Ecce iam nihil a-  
 49 pertius, vt mihi videtur, reperietur his, quæ à  
 50 nobis allata sunt, idest facie ad faciem, & nunc  
 51 diuinitate perfrueris, & in paradiso nunc co-  
 52 ronati tripudiant, & nunc Dei throno cum  
 53 sanctis

sanctis angelis assistunt. quid aliud possumus  
 intelligere præterquam quod quatenus animæ  
 perfruuntur, vt antea exposuimus, & iam eui-  
 denter ostendimus? Quod si his non acquie-  
 scitis, & alia ex eiusdem generis scripturis af-  
 feremus. in ode nona sanctorum patrum anti-  
 phona ita dicit: Magnum cultum meriti estis  
 caelestes sancti, quia Christi figuram studiose  
 imitati estis, & nunc vmbra, & carnis operi-  
 mento deposito eum facie ad faciem videtis,  
 & maxima meriti estis. Et alibi: Semper suf-  
 fragaris iis, qui te laudant, & tuum celebrant  
 festum domino assistens Onesime, totus resul-  
 gens, totus resplendens, totus caelestibus ful-  
 getris coruscans. Et alibi; inspicitis martyres  
 diuinam pulchritudinem manifestius, & cla-  
 rius. & rursus; vbi ordines angelorum, vbi iu-  
 storum populi exultant. Et in alio: Et re-  
 gnum calorum aperte meriti, trinitatis radiis  
 illustrati & admiratione digni. Et rursus; Sab-  
 ba beatissime angelorum æqualis, sanctorum  
 contubernalis, prophetarum socius, marty-  
 rum, & apostolorum cohæres, lucem non oc-  
 cidentem nunc incolens, cuius diuinis faci-  
 bus illustratus summo principi assistens, &  
 aperte coruscans. audis ne? lucem non occi-  
 dentem dicit; nam DEVS est lux non oc-  
 cidens. habitat autem nunc cum DEO. præ-  
 terea summum principium quid significat?  
 summum enim bonorum, summum prin-  
 cipium

cipium, summum pulchritudinum, nil aliud est nisi Deus ipse. hic ei assistit, & habitat cum eo, quid aliud per Deum denotat, præterquam quod sancti nunc quatenus animæ perfruuntur? Si vis & alia audire, iam dicimus. Et inaccessibili luce nunc perfruuntur. & in alio; sanctorum chorus vitæ fontem, & ianuam paradisi nactus est. Et rursus; & iusti veluti luminaria refulgent. Et alibi: cum terrena certamina perlustrassent veri martyres, coronas sunt consequuti. & rursus: certatores martyres, ac cæli ciues in terra decertantes multos cruciatus pertulerunt, & perfectam in cælis coronam receperunt, ut pro nostris animabus intercederent. Et rursus; celeberrimi martyres, vos non terra operuit, sed cælum excepit, apertæ sunt vobis portæ paradisi, & intro profecti lignum vitæ estis assecuti, apud Christum intercedite. Vbi sunt qui dicunt sanctos non esse, siue sanctorum animas nunc in paradiso non esse? nonne audiunt Damascenum dicentem, apertæ sunt vobis portæ paradisi? nonne audiunt, introgressi? non agnoscunt, lignum vitæ consecuti sunt? & intercedunt pro nobis? Si igitur neque receperunt, neque intercedunt, neque Christum vident, neque ipsi assistunt, neque diuina luce perfruuntur, & ut vno verbo dicam, nemo ex sanctis, ut ipsi putant nunc cum Christo est: vbi sunt quæ psallimus? num falsa? absit. vbi spiritus, & animæ iustorum laudant te domine? & illud; diffractis speculis sancti

*Damasceni.*

sancti facie ad faciem Deum videtis. Si nunc cum Christo non sunt, non receperunt. Si non receperunt, neque intercedunt. Si vero non intercedunt, cur inuocamus? Si enim nunc non intercedunt, nunquam intercedent. nam in futuro non est intercessio. nonne audis illud? non intercessione opus ibi est dimisso cōtuentu. Etiam noui theologi dicunt, peculiariter recipiunt, & Deum in faciem vident, sed ineffabilia bona, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, non receperunt adhuc. non enim omnino possumus disiteri sanctos in præsentia non esse cum Christo. O insipientiam. id vt ego existimo risu magis, quàm responsione dignum est. nam paulo ante ostensum est hæresim esse hanc absurdam argutiolâ; nec de ea opus est amplius disputate.

Obiectio.

1. Ad Cor. 28

## SECTIO VI.

**Q**UOD hoc sit hæresis equanimiter disquirendum est. Si Deum vident nunc sanctorū animæ, ineffabilia vero bona non vident, proculdubio maiora sunt illa, quam Deus ipse: quoniam ea inuisibilia sanctis sunt; Deus vero ab eis videtur. hoc nemo sanæ mentis dixerit vnquã: sed hæc hæresis silentio inuoluenda. præterea disquirendū est ita. ineffabilia bona, vel quia maiora, vel quia minora sunt, ea sancti non vidēt. Si quia minora, iis opus nō est: nam maiorū compotes facti, minora nō curant: huius enim admodū aperte participes sunt, si maius sunt consecuti. Si vero quia ma-

M

iora

iora, non recipiunt, absit blasphemia maiora  
reperiri, quam Dei visio, & fructio sit. osten-  
dendum est autem ea bona conspiceret sanctos  
ecclesiæ testimonio, ex iis, quæ ibi occinuntur,  
qui fidem non adhibet, scrutetur in secunda

*Mamantis.*

septembris mensis, reperietq; Idiomeum fan-  
cti Mamantis ita se habens. veluti noua oliuæ  
planta, ad Dei mensam accessisti, veluti filius  
corū qui Domini viam ingrediuntur per mar-  
tyriū, benedixit tibi dominus, & cælestis Sion  
bona aspicias in deliciis diuinæ degens exulta-  
tionis. Quid ad hoc respondere audebunt, qui  
hanc sententiam renuunt? surdo aspidi profes-  
cto aures occludenti similes sunt, qui vnione  
oderunt, & schisma amplexati sunt; non enim  
videre, nec audire, nec intelligere volunt. diuus

*Damasceni.*

Damascenus in secundo tono octauæ toni in-  
quit: Vitæ Christe dator, sponte passionem pro-  
pter homines sustinuisti. in infernum vero de-  
scendens, vt potens eos, qui ibi tuum aduentū  
præstolabantur, tanquam ab forti abripiens fe-  
ra, paradysum pro inferno habitare concessisti.  
ad medelam (inquit) nostram hæc scripta sunt.  
Ergo mentitur Christi ecclesia, psallitque quod  
verum non est, docetque id ad decipiendas &  
seducendas animas. at quis id dixerit mentis  
compos? nū & Christum solatur sanctus hic, cū  
dicit; Christe vitæ dator, sponte passionem sus-  
tinuisti, & in infernum propter homines descen-  
disti, & vt potens eripuisti veluti de forti fera, ab  
extraneo videlicet hoste, & bellatore eos, qui  
ibi

ibi tuum aduentū expectabant; & pro tenebra-  
 rum habitatione, & loco obscuro illo, vbi inco-  
 lebant, eos paradisi habitatione donasti? con-  
 solatur Christum; an vt verum dicit hoc, & sen-  
 tit? si quis profecto responsiones vestras viderit,  
 vel vt verius dicam importunas contentiones,  
 in stuporem adducetur, & mente dimouebitur.  
 ego profecto audire non possum verba ita puti-  
 da, ac male coherentia, arbitrorque eam esse in-  
 fantium balbutiem. Quid quando hic idē di-  
 cit? admirabilis tua crucifixio, & in infernum  
 descensus o hominum amator: nam spoliis ei  
 detractis, & iis qui iam pridem in vinculis de-  
 tinebantur vna tecum gloriose exuscitatis, vti  
 scilicet Deus paradysum aperuisti, & vt eum cō-  
 sequerentur dignos illos effecisti. Audisti, & sic  
 descendisti (inquit) in infernum, ipsum expo-  
 liasti, & vinctos, siue sanctos ibi obdormientes  
 vna tecū exuscitasti, paradysum aperuisti, & vt  
 eum consequerentur dignos effecisti. Quinetiā  
 Anastasius diuinus noster pater à monte san-  
 cto Synai appellatus, in interrogationib<sup>9</sup>, quas  
 ad responsiones quasdam pie ad eum factas fa-  
 cit; apertissime questionem dissoluit. nam san-  
 ctorum animas in paradiso, peccatorum vero in  
 inferno esse liquido, & apertissime demonstrat.  
 interrogatio igitur & responsio hæc est. Inter-  
 rogatio: vbi omnino nunc animas esse di-  
 cemus? num in eodem loco omnes? respon-  
 sio. Quanquam nemo de his clare enunciari; tamen  
 ex Christi verbis percipimus, iustorum  
 animas vna cum latronis iusti anima

*Damnificenti*

*Anastasijs  
Synaites*

*Ioannes  
Climacus.*

in paradiso esse: quippe cum diuus Antonius  
 animarum locum & sanctas animas viderit esse  
 in paradiso. Similiter & diuinus Pambo, & alii  
 quidam ex patribus. eodem modo Ioannes  
 Climacus sic scribit: Latro ille, vt tantum suum  
 meminisset in regno suo, postulauit, totumque  
 paradysum in hæreditatem accepit. rursus, pec-  
 catorum animas omne vetus, & nouum testa-  
 mentum in inferni carcerem ablegari, veluti ad  
 vincula, testatur, vt de diuite illo dixit domi-  
 nus. Similiter & Dauid propheta dixit, con-  
 uertantur peccatores in infernum: nam cum  
 dicat, conuertantur, designat eo loci nunc esse  
 animas. postea discedunt, & earum recipiunt  
 corpora, suum singuli: ita postea à iudice ad-  
 uersus eos sententia fertur, dicens, conuertan-  
 tur peccatores in infernum: qui autem reuer-  
 titur, apertum est eo vnde venerat eum reuer-  
 titur. Sed celeberrimus sane, & diuinus noster pater  
 Cretæ dignissimus pastor Andreas, post sanctos  
 omnes à nobis in testes in hoc argumento ad-  
 ductos, accedat & ipse vt mecum eadem testifi-  
 cetur. Is namque in quadam diuina oratione,  
 quam in immaculatę nostrę Virginis dormita-  
 tionem pulcherrime composuit, cuius princi-  
 pium, Quicumque religiosum & venerandum  
 locum hunc, iuxta principium de eo ita pertra-  
 ctat: Cæterum, & sanctorum animæ tenebro-  
 sum quidem locum illum pertranseunt: at non  
 ibi detinentur, præter eas, quæ vitæ delitiis de-  
 linitæ peccatorum mortem attraxerunt: nam  
 quæcunque de diuinis legibus subiicientes,  
 eam

*Andree ar-  
chiepiscopi  
Cretæ.*

eam quæ in cælis degitur vitam spiritu per carnem demonstrauerunt, ad loca procul dubio resplendentia huic sanctorum sacro statui consentanea ablegantur, quæ dominus custodit, & oculi eius qui (vt scripturæ tradunt) omnia cōspiciunt; quorum pulchritudinem, & magnitudinem, addam etiam, & supra captū hominis decorē, iure apertius & excelsi⁹ noscent, qui Deo proxime accedunt: ibiq; rursus sistentes vacationē receperunt, quibus præcipue parata est a prouidentia, quæ cuncta sapienter administrat. Audistis admirabilem, & magnum virum hunc, quo pacto sanctorum, & iustorum anime huius vitæ cursu perfecto, vacationē recipiunt? hoc idem est ac si diceret, promissionem discipulis promissam, cū dicit, vt vbi ego sum, ibi & vos sitis; quodque in loca refulgentia transmittuntur, Deoque propinquant, & beatitudinis mirifice arrhabonē recipiunt. immo pulchritudinem, & magnitudinem & supra mentis captum decorē, idest Deum ipsum clarius, & excelsius conspiciunt. cur magis non versamini in his, ô amici & fratres? sed potius occupati estis in iis damnandis, qui hæc credunt, atque amplectuntur; & vt in eos maledicta quotidie effundatis super omnia operam datis?

### SECTIO VII.

**V**T autem omne os contrarium dicens obstruatur, & obturetur, vnum, & solum testimoniū addam, quod extre-



Apo. 6.

tremoloco reseruau: id autem est ex Ioannis  
 Euangelistę apocalypsi, nec renuere potestis,  
 dicit enim. Et cum aperuisset sigillum quintũ,  
 vidi subtus altare animas interfectoꝝ propter  
 verbum Dei, & propter testimonium quod ha-  
 bebant, & clamabant voce magna dicentes: Vt-  
 quequo domine sanctus, & verus non iudicas,  
 & nõ vindicas sanguinem nostrum de iis, qui  
 habitant in terra, & data sunt illis singula stola  
 albæ, & dictum est illis vt quiescerent adhuc  
 tempus modicũ, donec compleantur conferui  
 eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt  
 sicut & illi. Et post quædam: Et respondit vnus  
 ex senioribus, & dixit mihi: Hi qui amici sunt  
 stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? & dixi  
 illi, dñe mi tu scis, & dixit mihi: Hi sunt qui ve-  
 nerunt de tribulatione magna, & lauerunt sto-  
 las suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: i-  
 deo sunt ante thronũ Dei, & seruiunt ei die, &  
 nocte in templo eius. Audistis tonitruum filium?  
 quis potiora meliora & vera dicit? hic, an Ephe-  
 sius, & tota cohors eorũ, qui ab œcumenica sy-  
 nodo resilierunt, aut quicumque ex aliis velit  
 contradicere? vt ego sentio, Ioannes meliora di-  
 cit, quã hic. ille namq; ex domini pectore theo-  
 logiã accipiens, omnem creaturam eius viuifi-  
 cantibus aquis referat: hi vero sua inscitia, &  
 stupiditate permoti, tumultu, confusione, &  
 hæresi orbẽ repleuerũt. nonne auditis eo quod  
 stolas lauerunt suas inquit, hoc est sua corpora  
 lauerunt à peccatis, eaque in filij Dei sanguine  
 deal-

Ioannes euã-  
 gelista voca-  
 tur tonitruum  
 filius apud  
 Marcum  
 cap. 3.

dealbauerunt, iccirco sunt ante Dei thronum  
 & die, & nocte inseruiunt ei. quid his responde-  
 re potestis? nihil profecto. Credite tandem, cō-  
 uertimini, respiscite, resurgite, veritati quē ad-  
 modū & nos subiicimini, neq; ita aperte eccle-  
 sia doctoribus contradicere, neq; in veritatem  
 impingere velitis; nos enim cū sanctos assistere  
 Deo dicimus, eumq; pure inspicere, perfrui di-  
 cimus; nec aliud esse intelligimus, eius ad faciē  
 visionem, & aliud fruitiōem. Quod si contra-  
 rium nobis potestis ostendere, scilicet sanctos  
 trinitati assistentes, eiusque ad faciē visione  
 dignos effectos, non perfrui adhuc: sed maiore  
 fruitiōem dei visione expectari; vos etiam de-  
 monstrate, & nos silebimus. Sed nihil amplius  
 ostendere potestis præter hanc Dei ad faciē vi-  
 sionem. nonne percipitis vos sanctos irritare, &  
 aduersos ipsos blasphemos esse, cum eos dicitis  
 non esse adhuc cum Christo, neque visione eius  
 perfrui? nā ij cum Christo cum sint, immediate  
 apud trinitatē pro vobis intercedūt, & lumine  
 eius illustrantur, & perpetuo cum ea esse exo-  
 ptant. at vos eos non adhuc esse cum Deo abne-  
 gantes, nec vsque ad vniuersalem resurrectio-  
 nem eos fruituros esse, scitote ipsis valde mo-  
 lestos esse. Si vero instatis, iisque molesti estis,  
 quomodo pro vobis intercedent, aut quomo-  
 do pro vobis mediatores euadent, abnegantib<sup>9</sup>  
 eos cum Deo esse, sed procul à Deo esse afirman-  
 tibus? dicite, respondete. at non valetis. Vnum

tantum est, quod multos ambiguos reddit, facitque ut arbitretur esse discordes, quia partim quidam doctores dicunt, sanctos perfecte frui, partim imperfecte. nam cum de animabus tantum dicunt, perfecte frui aiunt; quando vero de toto homine, non perfecte. quo pacto enim cum nondum communis resurrectio aduenerit, utriusque recipere possunt? ideo quatenus animae perfecte recipere sanctos dicimus: quatenus vero non solum animae, verum etiam corporibus induta sunt, imperfecte frui affirmamus. nam ut forma anima est in corpore: materia vero quae corpus est, nondum surrexit, neque recepit: anima vero cum sit immortalis perfecte suscipit. Sed quia homo est utraque simul, & utriusque decertarunt, nondum perfecte hominem recipere dicimus. at cum a parte de toto ratiocinamur, & de nobiliori intelligimus, tunc perfecte sanctos recipere dicimus. quod autem nobilior, & potior corpore anima sit, vel ceteris est manifestum. idque est quod nos antea ex apocalypsi Ioannis euangelistae exposuimus, quod data singulis fuerit stola alba, dictumque; iis est ut adhuc modicum expectarent, id est corporum resurrectionem. quicumque igitur singulas stolas acceperunt, geminas in iudicio stolas recipient. perspicuum namque est quod unius stolae distributio, animae fruitio est, quae perfecta dicitur & est: altera est corporis beatitudo, quam post resurrectionem recipiunt, & iudicium. & quoniam de hoc satis dictum est, non opus est ulterius progredi.

## SECTIO VIII.



Dapostoli dictum, quod vos vt egregium, & inexplicabile nobis affertis, ac multa cum audacia dicitis illud,

*Alia obiect.*

sancti omnes testimonio fidei probati non acceperunt re promissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, vt non sine nobis consummarentur. Hic enim affirmatis beatum Paulum dicere, quod sancti non acceperunt re promissionem, huic nos responsionem affereamus. tantum petimus vt absque conturbatione, nostra dicta audiatis. ( cum sapientibus enim viris ita agere ausi non essemus ) plane intelligentes, vti nos hoc scimus, & cognoscimus, ita etiam multo magis eos ista cognoscere; sed vobiscum, quos scire ea non arbitror. iccirco vos contradicitis: si enim sciretis, veritati vtique tam aperta non aduersaremini. Quia ergo, vt existimo, omnino non nostis illud, non receperunt à Deo re promissionem, nos id pro virili declarabimus. nam ea verba beatus Paulus profert ob vniuersalem & generalem corporum resurrectionem: quam veluti Christiani omnes futuram esse credimus: quando autem id futurum sit, nobis non est cognitum: verū tamen secundum sacrarum scripturarum traditionem, in fine seculorum credimus hanc futuram esse, quando omnis humana natura resurget, & vnusquisque condigna suis operibus reportauerit, siue ea bona, siue mala fuerint. secundum

*Ad Heb. 11.*

cundum sacrum euangelium. Et hæc est promissio, quam patribus in prophetis promissit, idest se eos suscitaturum; nam ea pollicitatio, seu promissio dicitur: ideo promissit dominus se humanam naturam suscitaturum, quia corporum resurrectioni diffidimus: nam si id patribus euenisset, nos utique non essemus; idque est quod dicit Paulus, non acceperunt, qui fuerunt ante nos, corporum resurrectione, Deo pro nobis melius aliquid prouidete, ut non sine nobis consummarentur; idest non sine nobis illi resurgant. Si enim in iis corporum resurrectione contigisset, suaque corpora vna cum animabus recepissent, incarnata dispensatio nunquam fuisset, neque Petrus, neque Paulus, neque reliquus Apostolorum chorus, neque patres nostri, & doctores, neque hierarchæ, & diuini viri, quibus hodie locupletamur sancti, & diuini, per quos ad Dei cognitionem quasi manu ducimur, & ad nostram salutem. at neque nos geniti fuisset, neque alij post nos. idque est quod pro nobis melius Paulus esse arbitratur, ut non sine nobis illi consummarentur: sed quousque nos generemur expectarent, & tunc nos etiam vna cum illis corporum resurrectione induamur; præmiaque, & coronas simul cum illis percipiemus à resurrectionis promissore, & auctore, & perfectore Iesu. nam cum corporum vniuersalis resurrectio fuerit subsequuta, neque generatio erit amplius, neque corruptio, sed vtraque cessabunt, nemoque amplius generabitur,

bitur, neque interibit. Iccirco tunc non facta est resurrectio. Et propter quam aliam ob causam? quia non adhuc repletus est locus illius ordinis, qui de celo cecidit. nam scribit Gregorius cognomento theologus, superiorem mundum repleri oportere. Christus iubet. ne obsistamus. & minister ad dominum, domine factum est ut imperasti, & locus adhuc est. cum igitur locus is tunc repletus non fuisset, resurrectio mortuorum non est subsequuta; hæcque promissio est, quam Paulus ad Hebræos dicit, quod qui ante nos fuerunt, non adhuc acceperunt, quam puto vos adhuc non intelligere. at nos id dictum resumentes, quomodo promissio sit ostendemus, & quando promissionem hanc pollicitus sit dominus Deus, quibusque eam & ob quam causam pollicitus est, deinceps dicemus. Cum Israel salutem suam desperasset nec mortuorum crederet resurrectionem, cum diceret abscissi sumus, periiit spes nostra, manducemus, & bibamus, cras moriemur: tunc inspiravit dominus prophetam, ut populo diceret, ne corporum resurrectioni diffideret, pollicereturque iis se corpora eorum arida excitaturum; seque carnibus, neruis, ac cute induturum; spiritumque daturum, & in Hierusalem restitutum, quæ visio pacis est, & dicitur, ubi nam sunt hæc? apud Ezechielem prophetam *Ezech. 37.* capite trigesimo septimo. dicit enim diuinus hic propheta; Facta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus.

*Gregorius  
theologi*

& circumduxit me per ea in gyro; erant autem  
 multa valde super faciem campi, siccaque ve-  
 hementer. & dixit ad me; fili hominis, putas  
 ne viuent ossa ista, & dixi, domine deus tu no-  
 sti, & dixit ad me: vaticinare de ossibus istis,  
 & dices eis: ossa arida audite verbum domini,  
 hæc dicit dominus Deus ossibus his; ecce ego  
 intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo  
 super vos neruos, & succrescere faciam super  
 vos carnes, & superextendam vobis cutem, &  
 dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia  
 ego dominus. & prophetaui sicut præceperat  
 mihi. Factus est autem sonitus prophetante  
 me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad os-  
 sa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et vi-  
 di, & ecce super eam nerui, & carnes ascende-  
 runt; & extenta est in eis cutis desuper, & spi-  
 ritum non habebant. Et dixit ad me; vatici-  
 nare ad spiritum, vaticinare fili hominis, &  
 dices ad spiritum; hæc dicit dominus Deus: à qua-  
 tuor ventis veni spiritus, & insuffla super in-  
 terfectos istos, & reuiuiscant. & prophetaui, si-  
 cut præceperat mihi; & ingressus est in ea spiri-  
 tus & vixerunt: steteruntque super pedes suos  
 exercitus grandis nimis valde. & dixit ad me  
 fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israël  
 est: ipsi dicunt, aruerunt ossa nostra, & perit  
 spes nostra, & abscissi sumus; propterea vatici-  
 nare, & dices ad eos, hæc dicit dominus Deus; Ec-  
 ce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos  
 de sepulchris vestris, populus meus, & indu-  
 cam

eam vos in terram Israël, & scietis quia ego dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & edu-  
xero vos de tumulis vestris, & dederò spiritum  
meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos  
faciam super humum vestram, & scietis quia  
ego dominus locutus sum, & feci, ait dominus  
Deus. Num intellexistis quod à vobis dubita-  
batur? & quid significant ea verba, optime &  
verissime à beato Paulo prolata, à vobis vero i-  
gnorata; non acceperunt, scilicet promissio-  
nem qui præcesserunt omnes, Deo pro nobis  
melius aliquid providente, vt non sine nobis  
consummarentur. nostis quo pacto hæc est  
promissio? & quando eam promisit Deus?  
cum mortuorum resurrectionem non crede-  
ret Israël, quia eorum corpora corrumpi vide-  
bat, & ossa perire, de salute sua desperavit. &  
periit spes nostra & abscissi sumus. arida facta  
sunt ossa nostra, id est corrumpimur. vbi mor-  
tuorum resurrectio? quia corpora nostra cor-  
rumpuntur, & in puluerem rediguntur: nam  
in hoc sæculo beatitudinem esse putauerunt.  
tunc, inquit, dixit Deus ad prophetam propter  
id. in quo loco? cum dicerent, arida facta sunt  
ossa nostra; Vaticinare super ossa ista, & dices  
ipsis, & cætera. postea subdit: vaticinare ad spi-  
ritum, & prophetavit vt imperatum est. dein-  
de, & scietis, quia ego dominus, cum aperue-  
ro sepulchra vestra populus meus, & inducam  
vos in terram Israël. hæc est promissio quam  
promisit, & pollicitus est Deus patribus vestris  
per



per prophetam hunc, se excitaturum eos, & daturum iis, scilicet dignis, & mundatis pro terrena Hierusalem, sempiternam, & sine fine, quam nondum acceperunt, vt beatus inquit Paulus, Deo pro nobis melius quiddam providente: vt non sine nobis consummareretur, id est vt non sine nobis iij resurgant, neque stolam, & splendorem corporis recipiant, antequam conseruatorum & fratrum resurrectionem expectent, & videant. Cum vero totius mundi fuerit resurrectio consecuta, tunc saluatoris Dei nostri promissio adimplebitur, & vniuersa hominum corpora resurgent; & vtraque simul anima, & corpus perfectionem vna recipient, id est perfectam beatudinem. Huius rei testis mecum erit Lucas euangelista, in libro vbi apostolorum acta exposuit, cum dicit ad Iudaeos;

Viri fratres, vobis verbum salutis huius missum est. Principes vestri hunc ignorantes petierunt à Pilato, vt interficeret eum. cumque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eum à mortuis, qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant à Galilæa in Hierusalem, qui nunc sunt testes eius ad plebem, & nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est; quoniam hanc Deus adimpleuit filiis nostris resuscitans Iesum. Audis? promissionem dicit, quæ ad patres facta est. quam promissionem? mortuorum scilicet resurrectionem, quam confir-

*Luc. act. 19.  
nō citata sūt  
ad verbum.*

confirmavit, & declaravit nobis filiis patrum  
 illorum, per resurrectione Iesu Christi à mor-  
 tuis; cuius resurrectionis nos veri testes sumus:  
 nostris enim oculis inspeximus, & manus no-  
 stræ palparunt. & ecce vobis annunciamus  
 Iesum Christum primogenitum, qui à mor-  
 tuis resurrexit ad veræ suæ promissionis con-  
 firmationem: nam per resurrectionem suam  
 mortem euacuans, vniuersalem illam & tre-  
 mendam resurrectionem ostendit, quam pol-  
 ligitus est patribus nostris, vt ante dictum est. &  
 ipse est qui promisit, & in seipso primum vo-  
 lens ostendit eam, cum ad mortuos venisset &  
 ab eis primogenitus resurrexisset, quam in fine  
 sæculorum omnibus in commune præbebit.  
 Iccirco & primogenitus vniuersalis illius re-  
 surrectionis Christus dicitur, vt Paulus beatus  
 exclamat: vt nobis ostendat eum auctorem esse  
 dominum, & perfectorem eius. inquit enim;  
 Christus resurgens à mortuis primitiæ dor-  
 mientium factus est, vt ipse vnde quaque in o-  
 mnibus primus esset, & ipsi omnia subiiceren-  
 tur. Et iterum, Christus mortuus est, & resur-  
 rexit, & vixit, vt & mortuorum, & viuorum  
 dominetur. amplius: qui suscitauit Iesum,  
 & nos cum Iesu suscitabit, & constituet no-  
 biscum. præterea: Et nos rapiemur cum illis in  
 nubibus obuiam Christo in aëra: & sic sem-  
 per cum domino erimus. Idem Paulus in a-  
 postolorum actis vt Lucas scribit, inquit,  
 cum Agrippa rege sermonem habens: Vi-

2. Timoth. 13

Ad Colof. 13

Ad Rom. 14

1. ad The. 4

Act. apof. 26

tam

Vitam quidem meam Hierosolymis nouerunt  
 omnes Iudæi, præscientes me ab initio si velim  
 testimonium perhibere: quoniam secundum  
 certissimam sectam nostræ religionis vixi Phari-  
 sæus, & nunc in spe, quæ ad patres nostros  
 facta est à Deo, repromissionis, isto iudicio sub-  
 iectus: in quam duodecim tribus nostræ no-  
 stræ & die deseruientes, sperant deuenire. de  
 qua spe accusor à Iudæis, rex. quid incredibile  
 iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitaret?

## SECTIO IX.



VDISTI hic de beato Paulo quo-  
 modo promissionem intelligat, cum  
 Hebræis exponit, scilicet se corpo-  
 rum resurrectionem designare. Iccirco ait: Si  
 hoc est promissio, quam speramus, quid incre-  
 dibile iudicatis vos, si Deus suscitaret mortuos, cum  
 id pollicitus sit? hæc est illa promissio, quam  
 pollicitus est, id est corporum resurrectio: ne  
 quibusdam ansa præberetur dicendi, mandu-  
 cemus, bibamus, cras moriemur; & ut crederet  
 aliud esse sæculum, quod præsentis sit successu-  
 rum. reliquum igitur est, quod beatus Paulus di-  
 cit, non acceperunt repromissionem, qui ante nos  
 extiterunt, siue corporum resurrectionem, Deo  
 pro nobis melius aliquid providente. Quid est  
 hoc? nil aliud, nisi ut nos producamur, & si-  
 mus in natura, nec illos perfectionem posse adi-  
 pisci ante quam nos generemur, & ad esse per-  
 ueniamus.

ueniamus. Sed & hoc recte declaratum à nobis est vt arbitror; nec impedit apud Deum esse sanctorum animas, vt saepe dictum est. Ideoque nobis molesti ne sitis, dicendo sanctos nondum consecutos esse. Expergiscamini oro vos fratres, per viscera domini nostri Iesu Christi, qui nos dilexit, quamuis inutiles peccatores, & desperati essemus: & qui animam suam pro nobis posuit: ne ob malam suasionem & spontaneam malitiam, fratres vestros eiusdem fidei domesticos, Deique gratia orthodoxos abiiciatis: neque Christianos eiusdem fidei, & linguae participes repudietis, pro quibus Christus proprium effudit sanguinem, vt omnes saluaret. Sed huc accedite & nobiscum consistite, vt vno ore vnanimiter credamus, sanctos, quatenus animae sunt, cum Deo esse, & omnibus consentientibus ad dominum exclamemus, spiritus & animae iustorum laudent te domine: vt & ij à nobis glorificati nos vicissim glorificent, & pro nobis enixe intercedant apud praemiorum datorem Iesum Christum, & saluatorem nostrum; vt nos suae societatis & ordinis dignos efficiat. Fiat.

*Epilogus.*

*Supra etiam sunt haec verba.*



QVINTI CA-  
PITIS IN EIUSDEM  
SYNODI DECRETO  
CONTENTI RE-  
SPONSIO.

*Quod iuste vereque dictum sit, Papam caput  
esse totius Ecclesie Christi.*

SECTIO I.



**B**CC E nunc quintum & vl-  
timum decreti caput acce-  
dit, vt suam responfionem  
accipiat, quemadmodum &  
præcedentia. Ergo quia la-  
borem explicandi quæ mihi  
de quattuor primis capitibus viderentur, non  
defugi, nequaquam decet hoc aut fílentio in-  
uoluere, aut debita responfione fraudare. æ-  
quum eft igitur omni adhibito ftudio, & de  
hoc capite quæ dici poffunt afferre, ne & ipfum  
debita fibi careat portione; immo & aliis ad-  
iungatur facrorum patrum & doctorum diui-  
nis & theologiceis testimoniis communitum,  
vt cumulate quod polliciti fumus præftemus.  
Quidnam vero hoc eft? ecclesie caput: Papæ  
primatus,

primatus, quemadmodum sacrae synodi decretum aperte clamat. Præterea decernimus Apostolicam sedem & Romanum Pontificem in vniuersum orbem primatum obtinere, eundemque esse beati Petri principis Apostolorum successorem, & ipsius Christi in terris vicarium, patrem, & magistrum omnium christianorum. Hoc profecto nescio quomodo quis inficiari possit: cum apertissime Christus & omnes doctores manifestius quam si vel tonitruum personaret, hoc ipsum vociferentur. Christus ergo ante suæ passionis tempus ad Philippi Cesaream pergens, interrogauit discipulos suos dicens; quem me dicunt homines esse filium hominis? animaduerte exquisitum theologici sermonis sensum. nam quando de communibus hominum sententiis percontatur, Apostoli occupant responsionem, dicentes per singulos: quidam Ioannē Baptistam, alij dicunt Heliam, alij Hieremiam, alij vnū ex prophetis. Quando vero de illorum sententia explicanda interrogat; & quam existimationem de eo haberent, cum diceret: Vos autem quem me esse dicitis; tunc nemo apostolorum locutus est, quia ipsi aliorum præfides erant; Petrus autem iis, & toti orbi terrarum præsidebat. & ij quidem tanquam præfides aliorum, aliorum sententiam explicabant. At cum Petrus apostolorum præses esset, pro illis affert responsionem. Illi enim primatum velut eiusdem scholæ socij detulerunt; vnde

*Verba decreti ex concilio Florentino.*

*Matth. 16o*

& audacter Christo respondet: Magister inter-  
 2 rogas quem te dicimus esse, tu es Christus filius  
 3 Dei viui. considera magnificam Petri confes-  
 4 sionem. ideo & saluator ad eum: Beatus es Si-  
 5 mon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit  
 6 tibi, non humana sapientia hoc te docuit,  
 7 neq; ab hominib<sup>9</sup> didicisti, sed pater meus qui  
 8 in cœlis est, hanc tibi admirabilem theologiam  
 9 reuelauit. pater igitur meus te docuit; ego au-  
 10 tem tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc  
 11 petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi  
 12 nō præualebunt aduersus eã. neq; hic substitit,  
 13 immo progrediens dicit. & dabo tibi clauēs re-  
 14 gni cœlorum: & quæcunq; ligaueris super ter-  
 15 ram, erunt ligata & in cælis; & quæcunq; solue-  
 16 ris super terrã, erunt soluta & in cælis. Quis ergo  
 17 se Christianũ professus hæc abnegabit? nisi for-  
 18 te christianismum exuere velit.

## SECTIO II.



ED quid huic obiicitur, qui id o-  
 pugnant? ad omnes, hoc dixit Chri-  
 stus vbi dicit; accipite spiritum san-

Ioan. 20.

2 Etum, quorum remiseritis peccata, remittentur  
 3 eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Et ali-

Luc. 10.

4 bi, Ecededi vobis potestatem calcandi supra  
 5 serpentes & scorpiones, & super omnem virtu-

Marc. 16.

6 tem inimici. Et rursus: Euntes in mundum  
 7 vniuersum prædicate euangelium omni crea-

Matth. 16.

8 turæ. Et alibi: quæcunque ligaueritis super  
 9 terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunque  
 10 sol-

solueritis super terram erunt soluta & in cælis. Hæc & nos confitemur, dicimusque quod in commune hos constituit Magistros orbis terrarum, & omnibus gratiam tribuit peccata dimittendi, quoniam vsque ad orbis terminos ipsos destinauit. necesse enim erat eos habere potestatem baptizandi, docendi, prædicandi, & omnibus gentibus dicendi quæ opus esset. Cæterum erat vtile, vel potius necessarium hos caput habere, vt inter eos esset ordo & caput: ne sine capite aberrarent; vnde confusio magis oriretur, quàm vnio; ex quo dissolutio & ordinis perturbatio esset consecuta, quia vbi nō est ordo, ibi dissolutio; nam ordinis perturbatio dissolutionis principiū. Gregorius cognomento theologus id confirmat. nā mundanos principat<sup>9</sup> videmus perturbari, discindi, atq; aboleri, quando inter se iuncti non sunt: quoniā si duo de primatu regna decertent, vtrumq; extinguatur. hoc & saluator dixit: Omne (inquit) regnum in se ipsum diuisum, desolabitur. igitur in commune ad omnes hoc Christus dixit (nemo negabit hoc) sed seorsum Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & reliqua, ne oriretur inter eos diuisio, vt diximus, ac perturbatio. Si ergo ea vera sunt, quod mundanæ potestates quando disiunctæ sunt, intereunt & dilabuntur; quomodo Christus debuit ecclesiā suam omittere sine capite? vt cōfusio sequeretur, & ex confusione destrueretur. Sed vtī supra omnē ordinē positus; & vtī

*Greg. Nazianzenus cognomento theologus.*

*Luc. 11.*



existens is qui ordinem constituit, voluit & ordine suam societatem, videlicet ecclesiasticam, contineri. Et ut ipse in terris erat caput, dominus & magister, discipulorum & pater & pastor: sic cum decreuisset ad paternum thronum ascendere, Petrum prefectum ipsis constituit patrem & magistrum; & ut vno verbo dicam, suum vicarium ac successorem. Ostendit autem & alibi ante suam passionem, se Principatum primatum & Petro tradidisse, ubi dicit

*Zac. 22.*

‘ sicut triticum; ego autem rogavi pro te ut non  
 ‘ deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus  
 ‘ confirma fratres tuos. Audis hoc, ego rogavi pro  
 te, & illud: Tu aliquando conuersus confirma

*Matth. 17.*

fratres tuos? quid tibi videtur scilicet, confirma-  
 mare fratres, nisi eum esse illorum Principem,  
 & eos confirmare. Et alibi idem ostendit di-  
 cens, Simon vade ad mare, & mitte hamum,  
 & eum piscem qui primus ascenderit tolle, &  
 aperiens os eius, inuenies staterem, illum su-  
 mens da pro me & te. ex eo cognouerunt di-  
 scipuli Petrum ipsis principem prefectisse. Hac  
 Christus ipse antequam pateretur, enunciauit,  
 ut dictum est. Post resurrectionem autem ( ut

*Ioan. 21.*  
*tonitruu filii*  
*liis voca-*  
*tur.*

*Marc. ca. 3.*

Ioanni tonitruu filio videtur, qui scripsit euan-  
 gelium ) Petrus intuens in iucundissimum  
 domini vultum, inquit, domine quid placet tibi  
 ut ego faciam? Iesus interrogauit hunc ter,  
 Petre amas me, & in vnaquaque interrogatione  
 Pastorem illis designauit, dicens: pasce oues meas:  
 pasce agnos meos, qui terna interrogatione

ne

ne contristatus ait vbertim flens, Domine tu scis omnia, tu scis quia amo te. cuius dominus triplici interrogatione, voluit triplici abnegationi mederi. Postea terræ constituit ipsum pastorem & magistrum, idque multis ostendemus rationibus & testibus, præcipue vero Ioannes Damasci oculus in vita Barlaâ & Iosaphat Indorum testatur ita dicens: Aufugit hostis diabolus ob Petri pœnitentiam pudore suffusus. at ille rursus Princeps electus erat, veluti terræ magister. Id & sapiens Leo imperator in exapostulariis dicit: partim quidem post diuinam resurrectione ter, Petre amas me, interrogans dominus, suarum ouium constituit pastorem: partim vero Simoni oues tradidit ad pascendum, vt charitatem mutuam rependeret, requirens ab eo curam pascendi. & ideo dixit, Petre si amas me, pasce agnos meos. Petrus vero intelligens, quod magnum est primatus & multæ virtutis egens, vidensque Ioannem, quem valde Christus diligebat, qui sequebatur, ait, Hic autem quid? quasi vero dicens, me domine & magister designas caput discipulorum; hunc autem à te dilectum, quid iubes esse? qui & petiit ab eo sedere à dextris suis; & antequam peteret, curauit à matre id fieri, vt vel à dextris, vel à sinistris collocaret ipsum in gloria saluatoris. ex quibus aperte colligitur hic cathedræ primatus. Quod si de cœlesti cathedra, doctores hoc intellexerunt, tamen & hoc pacto possumus interpretari. Sed ne cui occasio

*Ioannis Das  
damasceni.*

*Leo imperator est is cuius extant  
nouelle, fuit  
princeps  
magnæ virtutis  
& eruditio  
nis.*

*Ioan. 21.*

*Matth. 20.*

præberetur exponendi, quod de omnib<sup>9</sup> dixit  
discipulis, quæcunque solueritis & quæcunque  
ligaueritis, respondet Dominus velut eum in  
crepans; Petre si eum volo manere, donec rursus  
veniam, quid ad te? tu sequere me. Nam  
sequere, nil aliud ostendit, nisi sequere me hoc  
baculo pastorali: ac veluti quando ego vobiscum  
eram, custodiebam vos, cum pater essem  
vester, caput & magister; sic & tu sis pro me, &  
sequere me in hoc principatu, docens, & confir-  
mans fratres tuos, te enim in terra esse volo  
pro me. Ideoque manet vsque ad hanc diem,  
& manebit Petrus Christum sequendo per suc-  
cessores suos, vt in orationis progressu decla-  
rabitur. ex his saluator suam mentem osten-  
dit, vt dictum est, antequam pateretur, & post  
resurrectionem.

### SECTIO III.



**G**ÆT E R V M sancti patres & acta  
œcumenicorum conciliorum ma-  
nifestissime idem comprobant. quid  
igitur iure aduersus hæc potestis asserere? nisi  
forte id quod à multis audio prædicari, quod  
hi vitam Petri non viuunt: nam ille pauper; hi  
vero sunt diuites, & aliud vitæ genus nunc pa-  
pa ducit, quam Petrus: quomodo est ergo suc-  
cessor eius? Duo animaduerto hic reprehendi,  
quæ omitti non possunt. Primum quod ille  
pauper erat, hic diues. Secundum, aliud ge-  
nus vitæ viuebat ille, aliud hic. Ad primum  
qui-

*De his concilio-  
lis infra.*

*His obiectio-  
nibus & in  
sequentibus  
pluribus ver-  
bis respōdet.*

quidē illis sic respondendum est, scilicet quod opes & ea quæ possidet, non ipse sibi comparauit, neque per vim ab aliquo extorsit: sed ante multas arates & annos, non tantum ante schisma & diuisionem ecclesiarum, sed paulo post Christi assumptionem in cælum, & ante sanctam magnam & primam synodum, magnus Constantinus imperator inuictus, Siluestro sanctissimo summoque pontifici largitus est; quemadmodum in edicto continetur, & in sacris canonum libris inuenitur. At & nos id ad verbum apponemus, ne aliud videamur asserere, quam propria eius verba sonant.

*Decretum inuicti Imperatoris & magni Constantini, ad sanctissimum Siluestrum Romanum Papam.*

**A**EQVVM esse iudicauimus vna cum omnibus satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibus & cuncto populo Imperio Romanæ gloriæ subiacenti; vt sicut sanctus Petrus vicarius ex persona filij Dei est constitutus in terris; ita & episcopi successores principis apostolorum ampliorem principatus potestatem, quam regnum gloriæ nostræ habet, obtineant. Hoc & à nobis, & à nostro concessum est imperio. Et volumus ipsum principem Apostolorum, & successores ipsius, ex eius persona, primos apud Deum esse patres & defensores. Et sicut nostra Imperialis potestas in

*Haberet hoc decretū dist. 96. & in 1. tomo concil. pag. 321. in nouis.*

terris colitur & honoratur; ita eius sanctam  
 Romanam ecclesiam veneranter honorari de-  
 cernimus; & amplius quam nostrum impe-  
 rium, terrenumque thronum, sedem sacratis-  
 simam beati Petri gloriose exaltari. Sancimus  
 etiam ut principatum teneat tam super  
 quattuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam,  
 Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quam  
 etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum  
 ecclesias Dei. et pontifex qui per tempora ip-  
 sius sanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior  
 & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi  
 existat: et eius iudicio quæ ad cultum Dei, vel  
 fidem christianorum, vel stabilitatem procu-  
 randa fuerint, disponantur. † Æquum est  
 enim, ut ibi diuina lex obtineat apicem & pri-  
 matum, vbi sanctus legislator Christus Iesus  
 saluator noster misso beato petro iussit cathedram  
 tenere, & vbi crucis patibulum passus  
 est, & beatæ mortis calicem bibit; vestigiis in-  
 hærendo sui nostrique magistri: & ibi gentes  
 capita inclinare propter confessionem nomi-  
 nis Christi, vbi eorum magister beatus paulus  
 protensa ceruice propter Christum, coronam  
 martyrij suscepit: & ut vsque ad mundi con-  
 summationem ibi quærant magistrum, vbi san-  
 ctorum suorum reliquæ conuiescunt; & ibi prouinciam  
 & in terram procidentes cælestis regis Dei, & sal-  
 uatoris nostri Iesu Christi ministeriis inseruiamus,  
 vbi seruiuimus illi superbo regi. † Tradimus  
 igitur ipsis sanctis apostolis beatis Petro & Paul-  
 10.

*Verba hic  
 duobus signis  
 inclusa in  
 vulgatis de-  
 siderantur,  
 non in concilio-  
 riorum tomo.*

lo, & post hos beato Siluestro & omnibus successoribus eius, qui vsq; ad consummationem mundi ascensuri sunt ad sedem beati Petri, ab hoc die palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus mundi palatiis praefertur & supereminet. deinde diadema siue coronam capitis nostri, simulq; & lorum, nec non et superhumerales quod imperiale assolet circumdare collum; verum etiam chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, seu etiam dignitatem imperialem praesidentium equitum; conferentes ei etiam imperialia sceptrum, simulque cuncta signa, & banda, & reliqua ornamenta imperialis culminis, & gloriam potestatis nostrae. Viris etiam diuersi ordinis reuerendiss. Clericis, sanctae Romanae ecclesiae seruiantibus, illud culmen singularis potentiae & praecellentiae habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, id est patricios & consules effici; nec non & caeteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis est decorata militia, ita clerum sanctae Rom. Ecclesiae adornari decernimus. & quemadmodum imperialis potentia diuersis officiis cubiculariorum, nec non & hostiariorum atq; omnium excubitorum: ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissime pontificale decus praefulgeat, decernimus, ut clerici eiusdem Romanae Ecclesiae linteaminibus, id est candidissimo colore decoratos equos  
 equi-

equitent; & sicut noster senatus calceamentis  
 utitur, siue sandaliis albo ex linteamine; ita &  
 caelestia sicut terrena ad laudē Dei decorentur.  
 Præ omnibus autem licentiam tribuimus, &  
 concedimus beato Siluestro Episcopo Papæ  
 Romanæ vrbis, & successoribus eius beatis Epi-  
 scopis, ad honorem & gloriam Dei, & saluato-  
 ris nostri Iesu Christi, & magnæ apostolicæ Ec-  
 clesiæ, vt si quis senator proprio consilio cleri-  
 care voluerit, & in religiosorum numero cle-  
 ricorum connumerari in magna & apostolica  
 Ecclesia, nullus ex omnibus præsumat impe-  
 dire. Præterea decernimus, vt ipse religiosissi-  
 mus pater Silvester magnus episcopus, & eius  
 successores omnes episcopi ferant diadema, si-  
 ue coronam, quam ex capite nostro ipsi tradi-  
 dimus ex auro purissimo & preciosis margari-  
 tis, vt ipsi ad ornatum capitis vtantur ad lau-  
 dem Dei, & honorem sanctorum apostolo-  
 rum. Ipse vero beatus Papa Silvester sub co-  
 rona, siue papalithria, quam habebat ad gloriã  
 Dei & sancti Petri, noluit ferre coronam ex  
 auro & margaritis. & ideo quia ipse noluit ex  
 auro coronam, nos splendidiss. lorum, quod  
 significat sanctam resurrectionem, capiti san-  
 cto eius, nostris manibus imposuimus. & te-  
 nentes frænum equi ipsius pro reuerentia bea-  
 ti Petri, stratoris officium illi exhibuimus: sta-  
 tuentes eodem loro, omnes eius successores  
 singulariter vt in processionibus ad imitatio-  
 nem imperij nostri. Vnde vt pontificalis a-  
 pex

pex non vilescat; sed magis quam terreni imperij dignitas, gloria & potentia decoretur: ecce tam palatium nostrum vt prædiximus, quã Romanam urbem & omnes Italiae, siue occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates, castra beatissimo pontifici & patri nostro, & vniuersali Papæ Siluestro tradidimus, atque reliquimus ipsi, & successoribus eius potestatem & robur firmum imperialis iussionis. Et per hoc diuinum iussum, & pragmaticum constitutum sanctis patribus Romanæ Ecclesiæ in perpetuum decernimus permanenda. Vnde congruum perspeximus, nostrum imperium & regni potestatem ad orientales transferri regiones, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic imperium constitui. quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est vt illic imperator terrenus habeat potestatem. Huius vero imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes, super venerandas reliquias sancti apostoli & principis Petri posuimus, & ibi iurauimus hæc omnia inconcussa seruare, & successores nostros Imperatores in archiuiis nostris hæc custodire, tradidimus patri nostro sancto & vniuersali episcopo & Papæ, & per eum omnibus successoribus eius episcopis, domino & saluatore nostro Iesu Christo annuente; iubemus omnia quæ supra scripta sunt firmiter in sæcula obseruari.

*Finitis huius  
decreti eua-  
riat ab im-  
pressis.*





**V**IDES quo pacto inuictus imperator, magnus dico Constantinus fuit, qui elargitus est, quæ nunc ab ecclesia possidentur: quodque neque per vim accepit, neque alicui extorsit; & quod cuncta ad honorem & gloriam caelestis regis terrenis consecrauit? quodque omni reuerentia & pietate adhibita liberalissime ecclesie donauit? ea accepit Siluester duas potissimum ob causas: vnã quidem propter fidei feruorem, & imperatoris propositum, ne eius animi pietatem scandalizaret si munus reiecisset: alteram ut ecclesie reuerentiã apud omnes excitaret, quæ egestate premebatur & persecutionem patiebatur, & contemnebatur ab impiis tyrannis & imperatoribus, qui Constantinum præcesserant. adhuc ut terrena potestate frueretur, quoniam complures habebat aduersarios, & tunc & in præsentia habet, spirituales & mundanos, qui mentem habet intelligat. nam in egestate constituta, denuo fuisset exagitata, ut sub Constantino euenit; & sæuior consecuta esset persecutio, quam tunc sub quibusdam, qui palam quidem Christianismum profitebantur, clam vero Græcam religionem amplectebantur: negantes penitus Christi in carne præsentiam, sapiusque tentantes eam imminuere, et ad nihilum redigere. Tertiam quoque responsionem merito adiungemus: quod primi admi-

*Hæc videntur referri ad Iulianum apostatã, & alios imperatores hereticos.*

mi-

mirabiles summi pontifices multo ante pro-  
 uiderunt, et omnium primus beatus Siluester,  
 scilicet quod in extremis diebus apud homi-  
 nes fides imminuenda foret; nec eundem fer-  
 uorem et reuerentiam habitura, quam iam in-  
 de à principio obtinebat in ops et egens Christi  
 ecclesia; quodque habentes præualituri forent,  
 non habentes autem pro nihilo futuros; pro-  
 pterea decreuerunt vt aliquid haberet ad sum-  
 ptus faciendos ecclesia, ne ab vllò contemneret-  
 tur. Quicumq; enim Rom. Eccl. conspexerint,  
 vt ipse conspexi; qualemq; reuerentiã terræ re-  
 ges et principes eo se conferentes ipsi exhibent,  
 ij profecto mecum testabuntur me vera dicere;  
 nam si inops esset, in nullo prorsus honore ha-  
 beretur apud eos, qui inani gloria tantum per-  
 mouentur, et per vim coli volunt. Quid ergo?  
 ideo non est ecclesia, et hac de causâ non debe-  
 mus obedientiam et honorem et præstare  
 quod opulenta est, et potestatem magnam ha-  
 bet? absit tanta absurditas. nam et Christum  
 met infimulabimus, qui mendicus natus est  
 & mendicitatem exercuit, & inopiam prædi-  
 cavit, postea docuit se esse terræ regem sem-  
 piternum. Et rursus, data est mihi omnis po-  
 testas in cælo & in terra. Et iterum, quando  
 veniet filius hominis in potestate sua. num di-  
 ces hæc vera non esse? minime profecto, mini-  
 me. Itaq; ecclesiæ contigit, vt sponso eius Chri-  
 sto, scilicet inopem esse genitâ ex infructuosa  
 Iudæorum synagoga; paulatim vero effectam  
 diuitem

Matth. 28.  
 Matth. 13.

*Respondet  
secundæ ob-  
iectioni su-  
per ratione  
vite pontifi-  
cium.*

*Græci facer-  
dotes nō ton-  
dent barbā,  
vt Latini so-  
lebant, nec  
tempore qua  
dragesimali  
piscis cum  
sanguine cō-  
medant, nec  
die veneris  
sancti oleum  
vcc in .4  
feria.*

diuitem ex aqua videlicet & spiritu; nunc au-  
tem opulentam, magnamque potentiam con-  
secutam. Ad secundum quod summi ponti-  
fices in presentia, Petri vitam non viuunt, re-  
spondendum, quamquam asperum alicui di-  
ctū videbitur; si præsidem, fratres, Romanæ se-  
dis inculatis; cur nō & inculatis orientis pon-  
tifices; qui veterum Pontificum & Apostolo-  
rum vitam non viuunt? hoc est Alexandrinū,  
qui non viuit sicuti Marcus? Antiochenum, si-  
cut Ignatius, cognomine Deifer; Hierosolymi-  
tanū sicut Iacobus, qui fuit Domini frater; Cō-  
stantinopolitanum sicut Andreas protocletus;  
sed Romanum tantum reprehendere vultis.  
Quanam id de causa? quia Latinus, & barbani  
radit, atque quarta feria & parasceue oleum ac  
piscis comedit. Hæc igitur sunt quæ carpere  
scitis: auaritiā, ebrietatē, inscitiā nescitis  
carpere. Si peccatores vt vos arbitramini, sunt  
Romani Pontifices, quid ad vos? non nostrum  
est disquirere, & damnare nostros principes.  
propheta aperte clamante: Principi populi tui  
non maledices. Sed nec insurgere aduersus  
pastorem ouibus licet. audimus enim dicen-  
tem Dominum: Super cathedram Moysis se-  
derunt scribæ & Pharisæi: omnia quæcunque  
dixerint vobis facere, facite; secundum vero o-  
pera eorum nolite facere. quoniam poterant  
& illi domino respondere; non tenemur Pon-  
tificibus obedire, quamuis in Moysis cathedra  
sedeant, quia sunt peccatores. at id non di-  
xerunt.

xerunt. sciebant enim quod in cathedra Mo-  
 fis sedere, ostendit eos potestatem Mo-  
 re, quamquam essent peccatores, & Mo-  
 tam non viuerent, quod prophete & sancti non  
 erant sicuti Moyses. ita & hi beati Petri sedem  
 regunt, potestatemque illius habent; ac veluti  
 principatum gerentes & domini iubent, nos  
 vero subiicimur. Sin autem vitam Petri non  
 viuunt, in villicationis die, rationem verbo  
 reddent; at nos pro illis non reddemus. quod  
 enim eis nos debemus, agimus; & obedientiam  
 pro virili exhibemus. beatum Gregorium au-  
 dite dicentem: Oues pastores nolite pascere, ne-  
 que ultra fines vestros insurgere; satis est vobis  
 si bene pascamini.

*Gregorij  
 orat. 7.*

### SECTIO V.



ED vt penitus os vobis obstruam,  
 ostendere vobis ex testimonio san-  
 ctorum doctorum ecclesie incipia-  
 mus, quod Romana ecclesia alias antecellat, &  
 monarchiam obtinet, tanquam inter ceteras  
 potior atque excelsior. Inquit Anacletus; Sa-  
 cro sancta Romana & apostolica Ecclesia non  
 ab Apostolis, sed ab ipso domino & Salvatore  
 nostro Primatum obtinuit, sicut beato Petro a-  
 postolo dixit, Tu es Petrus & super hanc petra  
 edificabo ecclesiam meam; quam beatissimi  
 apostoli Petrus & Paulus suo martyrio conse-  
 crarunt. Diuus Marcellus ita scribit; Roga-

*Anaclet. dis  
 sin. 22. cap.  
 sacrosancta*

○

mus

*Marcell. de  
cret. ca. 24.  
quest. 1. ca.  
Rogamus.*

mus vos vt non aliud doceatis & sentiatis,  
quam quod à beato Petro & reliquis Apostolis  
& patribus accepistis. ipse enim est caput totius  
ecclesie; cui ait dominus, tu es Petrus, & super  
hanc petram ædificabo ecclesiam meam. eius  
enim sedes primitus apud vos fuit, quæ postea  
iubente domino Romam translata est; cui ad-  
miniculante gratia diuina hodierna præside-  
mus die. Item Leo papa ait: Cum beasissimus  
Petrus apostolus à domino acceperit principa-  
tum, & Romana Ecclesia in eius remaneat in-  
stituta; nefas est credere quod sanctus Episco-  
pus discipulus illius Marcus, qui Alexandri-  
nam primus gubernauit ecclesiam, aliis regu-  
lis & traditionibus sua decreta firmauerit: cum  
sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus  
discipuli fuerit & Magistri; nec aliud ordina-  
tus tradere potuit, quàm quod ab ordinatore su-  
cepit. Præterea hoc decreto Constantini con-  
firmatur, quod in canonicis constitutionibus  
egitur, in quo præter alia multa & hoc habe-  
tur: Decernentes sancimus vt sacrosancta Ro-  
mana Ecclesia principatū teneat tā super qua-  
tuor sedes Alexandrinam, Antiochenam, Hie-  
rosolymitanam, Constantinopolitanam, quā  
etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum  
ecclesias Dei. ex quo colligere possumus eum  
Romanam ecclesiam veluti principem omni-  
bus præponere; cui non solum Antiochiæ ec-  
clesia, verum etiam Constantinopolitana &  
reliquæ commendātur. Gregorius dialogus ita  
dicit:

*Leo ibidem  
ca cum beas-  
sissimus.*

dicit: Constantinopolitana ecclesia sedi apo-  
 stolicæ subiecta est. Item ex synodo Constan-  
 tinopolitana: Constantinopolitana inquit,  
 ciuitatis episcopum habere oportet primatus  
 honorem post Romanum Episcopum. Ad hæc  
 Anacletus dicit: Romana sedes primatu, Dei  
 gratia exornatur, quæ à domino, non ab alio  
 cum cepit, & sicut cardine ostium regitur, sic  
 huius apostolicæ sanctæ sedis auctoritate omnes  
 ecclesiæ domino disponente reguntur. Item  
 Callistus dicit: Non decet à capite membra di-  
 scedere, sed iuxta scripturæ testimonium, om-  
 nia membra caput sequantur. nulli vero du-  
 bium est, quod apostolica sedes mater sit om-  
 nium ecclesiarum, à cuius regulis nullatenus  
 nos conuenit deuiare. Item Gregorius aperte  
 dicit: Nulli fas est vel velle, vel posse transgredi  
 apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ disposi-  
 tionis ministerium. Sit ergo ruinæ suæ dolo-  
 re prostratus, quisquis apostolicis voluerit con-  
 traire decretis; nec locum deinceps inter sacer-  
 dotes habeat, sed exors fiat à sancto mysterio.  
 Item Cyprianus sanctissimus dicit: Quicumq;  
 Petri cathedram, in qua ecclesia fundatur dere-  
 liquerit, in ea vltius esse non audeat. Item Ni-  
 colaus summus Pontifex ita scribit: Rom. Eccl.  
 solus Christus fundauit, & supra petram fidei  
 mox nascentis erexit; qui beato Petro æternæ  
 vitæ clauigero, terreni simul & cælestis imperij  
 iura cõmisit. nõ ergo quælibet terrena sapietia,  
 sed illud verbum quo constitutum est cælũ &

*Greg. decrès  
 dist. 23. ca.  
 de Constant.  
 Ex synodo  
 Constantino.  
 ibid. Anach.  
 dist. 23. ca.  
 sacrosf.*

*Callisti dicit.  
 12. cap. nõ  
 decet.*

*Greg. dist.  
 9. ca. nullũ.*

*Cyprianus.*

*Nicolai dicit.  
 23. ca. oēs.*

terra, per quod denique omnia condita sunt  
 elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius  
 certe preuilegio fungitur, cuius auctoritate ful-  
 citur. vnde non dubium est, quia quisquis  
 cuilibet ecclesie ius suum detrahit, iniustitiam  
 facit: qui autem Romanæ Ecclesie priuilegium  
 ab ipso summo omnium ecclesiarum capite  
 traditum, auferre conatur, hic procul dubio in  
 hæresim labitur: & cū ille vocetur iniustus, hic  
 est dicendus hæreticus. fidem quippe violat qui  
 aduersus eam agit, quæ est mater fidei. Itē pel-  
 gius addit: Turpissimum esse schisma, quodq;  
 homines eodē modo ab alienigenis potestatib;  
 cōterentur, & canonicæ scripturæ auctoritas, &  
 antiquorum canonum veritas docet. Qui i-  
 gitur ab ecclesiastica sede scinditur, in schisma-  
 te ipsum esse nemo ambigit. quodque aduer-  
 sus Romanam & œcumenicam ecclesiam co-  
 natur mensam erigere. & vt schismaticum est  
 Romanam Ecclesiam pro capite non habere,  
 sic & hæreticum iura eius auferre. apertum est  
 enim quod ꝑ quicunq; ab vnitæte fidei, vel so-  
 cietate Petri Apostoli quolibet modo semeti-  
 ipsos separauerint, tales nec vinculis peccato-  
 rum absolui, nec ianuam possunt regni cele-  
 stis ingredi. Et hæc quidem occidentales pa-  
 tres doctores sine tergiuersatione sic vti vides,  
 & aperte pronunciant. Secundum hos, orien-  
 tales doctores in testes adducemus; eosque in-  
 ter se consentire manifestissime comprobabi-  
 mus.

*Ex hoc loco  
 corrigitur de  
 eret. vbi de  
 sunt hæc ver-  
 ba; quorum  
 pars Bedæ  
 falso tribui-  
 tur. Grat. c.  
 24 q. 1. ca.  
 quicumque.  
 ꝑ Hæc postre-  
 ma verba,  
 Bedæ tribuū-  
 tur. decre.  
 ca 24 q. 1.  
 e. quicumque.  
 Pelagij ver-  
 ba sunt ea v-  
 na cū superio-  
 ribus Genad-  
 i hæbat decr.  
 Græc. ling.  
 wanslaum.*

## SECTIO VI.



**P**T primus Damasci præclarum lumen  
 accedat. hic enim in oratione in do-  
 mini transfigurationem à se cōscri-  
 pta, cuius principium est, Eia festum diem ce-  
 lebremus, ò Deo cara societas. post alia multa  
 sic de proposita quæstione disserit. Vthomo  
 quidem interrogationem proponit: vt vero  
 Deus latenter ostendit, qui proxime secuturus  
 est, quem sua præcognitione prædestinavit di-  
 gnum ecclesiæ præsidem. hunc tanquam Deus  
 inspirat, & per eum loquitur. Qualis autem  
 est interrogatio? quem me dicitis esse? at Pe-  
 trus ardenti incensus zelo, & sancto actus spi-  
 ritu; respondit, Tu es Christus filius Dei viui.  
 ò beatum os, ò labia felicissima. & paulo post;  
 hæc est fides recta & inconcussa, super quam, vt  
 super petram ecclesia est firmata, ex qua digne  
 cognomen accepisti. hanc portæ inferi, hæreti-  
 corum ora, dæmonum machinamenta incur-  
 sionibus vexabunt, at non præualebunt: armis  
 oppugnabunt, at non vastabunt. tela infan-  
 tium sunt & erunt eorum vulnera. languescēt  
 illorum linguæ, & in ipsos conuertentur. sibi  
 ipsi perniciem struit qui se opponit veritati.  
 hanc ipse suo redemit sanguine; tibi vero vt  
 fidissimo seruo in manus tradit. hanc incon-  
 cussam & mergi nesciam tuis precibus serua-  
 quia nunquam subuertetur, nunquam vasta-  
 bitur; secunda fiducia Christus dixit; à quo cæ-

*Damasceni.  
 incipit pro-  
 bare ab aus-  
 tioritate do-  
 ctorum orient-  
 alium.*



lum firmatum est, terra fundata & manet in-  
 concussa. nam verbo cæli firmati sunt. Et paulo  
 post; Christum deprecare, qui te regni clauige-  
 rum prædicauit, qui peccata ligare & soluere  
 est elargitus. & post alia quædam rursus dicit;  
 sed cur Petrum, Ioannem, & Iacobum assump-  
 sit? Petrum, vt vere ostenderet testimonium  
 à patre testificatum, verbaque à se dicta com-  
 probaret, quemadmodum pater cælestis ei re-  
 uelauit: & vt eum qui princeps futurus erat,  
 & totius ecclesiæ clauum suscepturus. Animad-  
 uertis quod Petri vt præfidi, & totius ecclesiæ  
 principatum obtinenti clauum tradidit? pro-  
 fecto surdo aspidi & aures obstruenti sunt si-  
 miles, qui neque audire volunt, nec videre. ni-  
 mirum inquit: at Petro tantum hoc datum  
 est, sed non eius successoribus. hoc vt à fatuis  
 prolatum verbum, omnisque sensus experti-  
 bus, silentio præterire oportebat, quoniam nul-  
 la plane indiget responsione. Sed in gratiam  
 eorum qui volunt eos strenue propellere, id i-  
 pfum vt omnis inscitæ refertum refellamus.  
 alioquin si id concesserimus, catholicam fidem  
 subuertemus, & Christum falsum prædicasse  
 dicemus, & alia infinita absurda inde sequen-  
 tur: si Christi fides vsque ad Petrum & ceteros  
 Apostolos perdurauit; postea vero non; si Pe-  
 tro tantum & apostolis tradita est, at non eius  
 successoribus. O stultitiam nimis apertam,  
 & mentem peruersam. quomodo synodi sunt  
 constitutæ in ecclesiæ subsidium? quomo-  
 do

*Nunc probat  
 quod non so-  
 lit Petro, sed  
 eius suc-  
 cessoribus  
 sint traditæ  
 & clauis.*

do canones synodales instituti sunt, si potestatem non habuerunt? quomodo magnus Constantinus obedientiam Siluestro exhibuit in omnibus tanquam Petro? ut antea eius decreto scriptum est: quomodo Romano-  
*Federicus primus Aesneobarbus fuit hic acerarius hostis ecclesiae.*  
 rum Imperator Alexandro Papæ inclinata ceruice collum eius pedi submitit, cum diceret: super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. at ille respondit: non tibi, sed Petro obedientiam exhibeo. & pontifex, & mihi & Petro. Quomodo igitur non erubescitis hæc pronuntiando? quomodo hæretici à summo pontifice fuissent expulsi, à sacrisque conciliis, si usque ad apostolos ecclesia valuisset, postea vero non? quomodo hæc non dixerunt qui per temporum vices hostes & inimici ecclesiæ Dei extiterunt, hæretici nimirum. illi enim ab œcumenica ecclesia pulsati & exagitati, hoc dicere non audebant: vos vero hæc afferentes illorum defensionem suscipere videmini. Oportet igitur, Arium, Macedonium, Nestorium, Dioscorum, Seuerum, cæterosque impij illius cœtus hæreticos resurgere, gratiasque vobis reddere, & obnoxios esse, quia quod illis ne in mentem vnquam venit, vos eorum suscepta defensione affertis. Sed quod multa & infinitæ absurditates hinc orientur, & cœcis est manifestum, ideoque satis de his.

## SECTIO VII

*Auctoritatē  
pape summā  
esse & supre-  
mam in toto  
orbe.*



**A**FFEREMVS etiā alia testimonia,  
& sententias sanctorum doctorum  
ecclesiæ, aperte comprobantium  
propositam à nobis quæstionem,  
quod pontifex Romanus totius ecclesiæ caput  
est & magister, & ipsi tantum datum est iudica-  
re, & de fide inquirere, & ordinare totū orbem  
terrarum, atque hæreticos sedibus pellere, &  
orthodoxos restituere. Ac primum vobis sen-  
tentiam latam contra sacrum Chrysostrum  
in hoc testem adducemus; qua iniuste dam-  
natus est ab iis, qui Constantinopolitanas res  
gerebant, & exilio multatus: cuius rei Inno-  
centius papa certior factus, Imperatorem cum  
uxore, cæterisque sacerdotibus & pastoribus  
excommunicationi subiecit; ea conditione nisi  
Chrysostrum in suam sedem reuocaret. nam  
de Chrysostrum lata sententia, & in gratiam  
Eudoxiæ damnato in Cucullum Armeniæ op-  
pidum, acerbo exilio ablegarunt. quam rem  
is ad Innocentium sanctissimum Romanum  
pontificem detulit. non enim habebant alio  
quo confugerent orientales pontifices, nisi ad  
Romanum pontificem, cum iniuriis afficeren-  
tur: dictum domini ad Petrum in memoriam  
reuocantes; & tu aliquando conuersus confir-  
ma fratres tuos. Quam ob rem diuus Inno-  
centius sacri Ioannis acceptis literis, Constan-  
tinopolim scribit, vt Ioannem in suam sedem  
restituant, quibus dicto non parentibus, ac  
Ioanne

*Chrysostr. ad  
Innocentium  
primum con-  
fugit.*

Ioanne vita functo, iterum ad Arcadium & Eudoxiam Imperatores literas scribit huius exempli.

*Epistola Innocentij Papaë.*

**V**Ox sanguinis Ioannis fratris mei ad Deū clamat aduersum te ò Imperator, vt olim iusti Abel contra fratricidā Cain. sed omniratione vindicabitur. neque id commisisti tantum, verum etiam pacis tempore persecutionem maguam, in ecclesiam Dei & sanctos eius instituisti, magnum terræ doctorem è sua sede indemnatum pellendo; Christum etiam vna cum eo infectatus. neq; vero vicem eius doleo, quia is hæreditatem accepit cum sanctis Apostolis in Dei saluatoris nostri Iesu Christi regno; quanquam non ferenda est ea iactura. Sed animo angor, primū reputans salutem animarum vestrarum, postea ob eos, qui illo destituuntur; & esuriunt suę sapientissimę doctrine præceptis, ac monitis imbui. neque solum Constantinopolitana ciuitas detrimentum sensit eius mellifluæ linguæ, sed & omnis occidentalis plaga est viduata, eo amisso diuino viro; vnius mulierculæ suasu, quæ hanc voluit excitari tragœdiam. Verum tamen huius mundi ultionem ea non effugiet; & æternam postea paucis diebus interiectis sentiet, decedendo. quamuis enim beatus Ioannes hanc vitam reliquerit fidem tuendo, & fluctuantes confirmando, in sempiterna tamen sæcula in ex-

*Accipit ita ad verbū reperitur apud Nicephorum l. 13. & tota hæc res multis verbis ac pud Latinos desideratur.*

*Eudoxia vs scribit Zonaras, partuabit noncū tribus mensibus expletis à Chrysa exilia.*

*Dalila Sās  
p̄sonis amas  
sua. iud. t. 16*

*Excōmunicā  
tio Arcadij  
& Eudoxie  
Imperatorū.*

Itam gloriam atq; immortalem est consecutus  
 At hæc noua Dalila Eudoxia sensim error  
 nouacula te abradens, aduersus semet male  
 dictionem comparauit ex ore multorum, vin  
 ciendo onus peccatorum graue atq; intoleran  
 dum; hoc præterea adiuncto proxime perpe  
 tratis facinoribus. Ideo ego peccator & mini  
 m<sup>o</sup>, vt cui sedes est credita magni Petri aposto  
 li, interdico tibi & illi participatione inteme  
 ratorum mysteriorum Christi Dei nostri. Præ  
 terea qualemcumque episcopum, vel clericum  
 in ordinibus constitutum sanctæ Dei ecclesiæ  
 qui ausus fuerit auxilium præbere & commu  
 nicare vobiscum, ex quo tempore legeritis præ  
 sens vinculum, deponi iubeo. Quod si vos vt  
 potestatem habentes, alicui vim inferetis, &  
 transgressi fueritis canones vobis traditos à  
 saluatore per sanctos Apostolos: scitote quod  
 non ad paruum vobis imputabitur peccatum  
 in tremenda die iudicij, quando nō poterit vl  
 la dignitas mundana prodesse, & quæ latent, in  
 omnium conspectum aspicienda fundentur.  
 Arfacium vero, quem vos in sedem episcopa  
 lem pro magno Ioanne induxistis, post mor  
 tem etiam deponimus cum omnibus eiusdem  
 sectæ episcopis atque sociis. Indignus enim est  
 tanquam adulter episcopatus. nam omnis  
 plantatio, quam non plantauit pater meus ca  
 lestis eradicabitur, nec nomen illius in sacris  
 voluminibus inscribatur. Theophili deposi  
 tioni addimus excommunicationem, anathe  
 ma-

matizationem, & plenam à Christianismo separationem. Animaduertis ex hoc loco auctoritatem illius diuinæ sedis? quod non solum viuentem deposuit Arsacium, verum etiã defunctum. Arsacium dicit, quem in sedem Ioannis induxistis, & defunctum deponimus. quod idem est, ac si dixisset, nolui museum pontificum in libro inscribi in futuro iudicio. nã in eo facile iubemus Ioannem aureũ Constantinopolitanum pontificem esse, nunc & in futurum; Arsacium nullo pacto. At Theophili Alexandrini depositione (eo quod in synodo Thessalonica coacta, in Eudoxiæ gratiam curauit vt damnaretur, & in exilium pelleretur Chrysostomus) non fuit contentus diuinus hic summus pontifex, quanquam synodalis erat ea depositio coramque legatis; adiecit excommunicationem (ô malum) & plenam à christianismo separationem. ô rem admirabilem. eum qui semel baptizatus est in nomine sanctæ Trinitatis, & in Christianorum albo inscriptus, hic de libro delet, & exiit Christianismo. Hoc liquido ostendit potestatem, quam habet ea diuina sedes. Si ergo, vt vos creditis, Petro tantum tradita est, non eius successoribus, quoniam pacto Theophilus, Arsacius, Arcadius, Eudoxia, & cæteri à Romano pontifice depositi & damnati nõ responderunt; tuas reprehensiones non estimamus; quod Petro tantum, non tibi datum est id. at id quidem non potuerunt, nec dicere ausi sunt; immo veniam erratorum ab eo petierunt. Sed hoc plane

*Vide Niceph.  
lib. 13.*

*suf.*

sufficit, vt arbitror ad comprobandum Petri & reliquorum Apostolorum successores eandem potestatem obtinere, neque minores horum successores,

## SECTIO VIII.



NUNC ad alias probationes & indubitata testimonia accedemus, quod is & non alius caput est plenitudinis ecclesie, ex epistola Imperatoris Iustiniani ad Epiphanium Constantinopolis Patriarcham in sancta synodo Truli ab ipso coacta, cuius principium, Imperator Iustinianus Augustus. Cum recta & inculcata religio, quam profitemur & prædicat sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, nullo modo innouationem admittat, nos doctrinam sanctorum apostolorum, & eorum qui post illos in sanctis Dei ecclesiis versati sunt, sequentes, æquum esse existimauimus notã & testatam omnibus spernã quæ in nobis est relinquere, & cætera eiusdem epistolæ, in qua aperte perspicitur fides & confessio ipsius erga catholicam ecclesiam. postea in sequenti alia epistola, cuius principium, Iidem Imperator Epiphanio sanctissimo & beatissimo archiepiscopo huius regie vrbis, & cæcumenico patriarchæ hæc scribit: Cum tuam sanctitatem scire velimus omnia, quæ ad ecclesiasticum statum pertinent, necessarium esse duximus hac epistola eidem significare; & per eam

*Habetur tota hæc epistola abud Iustinianũ in nou. constit. 7.*

*In vulgatis codicibus Iustiniani deest hæc epist.*

*Antonius Augustinus postea Græcã edidit ex antiquo codice.*

eam eidem aperire quæ innouata sunt, quæ &  
 eandem scire confidimus. nam cum hic quos-  
 dam alienos à sancta catholica & apostolica ec-  
 clesia inuenerimus, sectantes errorem impio-  
 rum Nestorij & Eutychetis, & eorum blasphem-  
 iis uti, diuinum promulgauimus edictum,  
 quod & tua sanctitas nouit, quo hæreticorum  
 insaniam confutauimus, cum nihil penitus  
 immutauerimus vel mutemus, vel transgre-  
 diamur ecclesiastici status, qui hucusque Deo  
 fauente perdurat, ut tuæ notum est beatitudi-  
 ni: sed per omnia seruamus statum unio-  
 nis sanctissimarum ecclesiarum, quæ cum  
 sanctissimo papa & patriarcha veteris Romæ  
 transacta est; ad quem his consentanea con-  
 scripsimus. nunquam enim feremus, quin om-  
 nia ad statum ecclesiasticum pertinentia ad  
 illius beatitudinem uti ad caput sanctissimo-  
 rum Dei sacerdotum deferantur. Et quia quo-  
 ties in his partibus hæretici exorti sunt, sen-  
 tentia & iudicio illius venerandæ sedis, sunt re-  
 pressi; licet & nobis dicere sic, & concludere,  
 quod omnes, qui volunt & habent ipsum pro  
 capite, sancti sunt, & veri Dei sacerdotes & ser-  
 uii fideles; qui vero nolunt neque habent eum  
 pro capite, non sunt Dei sacerdotes. Ita enim  
 sacra illa synodus decreuit, cum dicit, ut capi-  
 ti omnium sanctissimorum sacerdotum Dei.  
 Quod uero iudicium omne ecclesiæ Dei in eo  
 situm sit, audi quod quoties in his partibus or-  
 rientalibus scilicet, hæretici exorti sunt, iudi-  
 cio



*Huius rei me-  
mini Cypria-  
nus paulo di-  
uersius iuba-  
sanā vocat,  
quē hic Gen-  
nadius Ionia-  
num.*

*Anastasius  
sancti Maxi-  
mi discipul.*

*S. Maximi.*

eio & sententia eius sunt repressi. quare qui  
eum non sequuntur schismatici sunt, & in hæ-  
resim delabuntur. Ideo cuncta quæ agunt ad-  
dulterina sunt, & inutilia. Huius rei testis est  
sancta synodus Carthagenensis, ex epist. quam  
sancta synodus Carthagenensis, & magnus Cy-  
prianus ad Iouianum dedit, cuius est princi-  
pium: Cum in vnum conuenissemus dilecti  
fratres, inquit, cum sit vnum baptisma, vnus  
spiritus sanctus, vna ecclesia, vnione fundata  
super Petrum apostolum iam inde à principio,  
vt Christus dominus noster dixit; propterea om-  
nia quæ ab ipsis scilicet schismaticis & hære-  
ticis aguntur, falsa, stulta, inania, & adulterina  
sunt. Audis quod adulterina & inania vocat,  
quæ præter iussionem eius sunt gesta? sic cum  
ab omni parte fides exagigaretur, inde præsidium  
parabatur. Anastasius sancti Maximi discipul<sup>us</sup>  
inquit: Cum fides concordissime ab omnibus  
exagigaretur, nisi speciali gratia opem tulerit,  
qui semper succurrit, femine religionis apud  
veterem Romam nobis relicto, ad confirman-  
dam promissionem mentiri nesciam, quæ fa-  
cta est principi apostolorum. Quænam est pro-  
missio, quæ facta est principi? si nosti illud est:  
ego orauit pro te, vt non deficiat fides tua, & il-  
lud; confirma fratres tuos. & illud; porta in-  
feri non præualebunt aduersus eam. Ex dispu-  
tatione sancti Maximi cum Theodosio quodam  
Cæsareæ episcopo. Theodosius: Excipe vocem;  
neq; scruteris illius sensum, Maximus: Nouas  
pro-

profecto, & ab ecclesia alienas de vocibus in-  
 ducitis leges, si secundum vos non opus est scri-  
 pturarum & patrum voces scrutari; totam scri-  
 pturam abiicimus veterem & nouam. Audiui enim  
 David dicentem, beati qui scrutantur testi- *Psal. 118.*  
 monia eius; in toto corde exquirent eum. & i-  
 terum: mirabilia testimonia tua; ideo scrutata  
 est ea anima mea. & dominus in euangeliiis: scruta- *Ioan. 5.*  
 mini inquit, scripturas. Certior ergo fiat do-  
 minus meus, quia non feram excipere vocem  
 sine sensu, qui in ea latet, ne fiam manifeste lu-  
 daeus. Theodosius: Si quid dixerint patres, di-  
 co, & id scriptura facio, duas naturas, duas vo-  
 luntates, duas operationes: ingredi nobiscum  
 adiungere, & vnio fiet. Maximus: Domine non  
 audeo hac de re à vobis capere assensionem, cum  
 sim simplex monachus. sed quoniam pupugit  
 vos Deus vt exciperetis sanctorum patrum vo-  
 ces, vt canon docet, Romam de hac re scribite,  
 vel Imperator, vel Patriarcha, vel synodus quæ  
 ibi est. & post alia: neque vitabit Imperator vel  
 Patriarcha imitari Dei humilitatem, inter sese  
 que concorditer constituere, synodali petiti-  
 one ad Romanum Pontificem transmissa. & om-  
 nino si reperiatur ratio ecclesiastica, quæ id cō-  
 cedat ob rectam fidei confessionem, conuenite  
 super hoc inter vos.

## SECTIO IX.

VIDES



**V**IDES tu qui non vis Petri successor  
 fore eandem cum Petro potestatem  
 habere, quomodo non alius ex pa-  
 triarchis potest de fide disquirere  
 ordinarie tantum, nisi Romanus papa? quae  
 pacto hæc audetis dicere, & impudenter blas-  
 phemare? nam hæc de vobis solum audire ex-  
 horresco, nedum asserere, scilicet quod Chri-  
 sti fides vsque ad Petrum permansit; post Pe-  
 trum & vsque ad hanc diem non permansit  
 vos vero qua ratione id dicatis, quod totum est  
 blasphemia, mirum est, quoniam si hoc con-  
 cesserimus, tota fides dilabitur & perit. O tuam  
 patientiam Christe rex; quomodo tuam fidem  
 & ecclesiam tuam permisisti Petro tantum, &  
 non eius successoribus? quomodo hucusque  
 administrata est, quomodo sumus baptizati,  
 quomodo synodi constituta, quomodo here-  
 tici eieci, quomodo ecclesia illustrata est, ca-  
 pite sublato? quomodo Ecclesia hucusque per-  
 durasset, (dicam fortasse audacius) nisi omni-  
 no caput habuisset, & potestatem & vnum pa-  
 storem & regem secundum euangelicam vo-  
 cem, vnum ouile eius, & vnus pastor. multis  
 capitibus res non eget, vbi pastores vni non su-  
 biiciuntur, destruunt magis quam cōstruunt;  
 & subuertunt prope potius, quam dirigunt.  
 Quomodo saluator ait; ecce ego vobiscum sum  
 omnibus diebus vsque ad sæculi consumma-  
 tionem, non enim vsque ad sæculi consumma-  
 tionem

*Ioan. 10.*

*Matth. 28.*

tionē in hac vita Petrus mansur<sup>o</sup> erat. quare per hoc verbum manere, hic in præsentī sæculo declaratur Christum manere vna cum successoribus Petri, cæterisque apostolis. Legite & scitote, & attente audite, quod qui hoc dicunt, catholicam fidem & œcumenicas synodos euerunt, omniaque quæ sancti tradiderunt & docuerunt, inania & stulta efficiunt. Legite acta synodalia, & percipite ex iis Ecclesiæ caput, ac Petri monarchiam; quoniam & in eius successoribus manet. An nescitis Ephesinam synodum latronis more à Dioscoro patriarcha Alexandrino conuocatam, & à Iuuenali Hierosolymitano & ab aliis eiusdem sectæ Episcopis, contra veram fidem Flauiani, Constantinopolitani patriarchæ, sanctissimū Leonem Papā illum diuinū solū eam disiecisse & anathemati supposuisse? epistolamq; misisse ad Chalcedonensem sanctam synodū perferendam; quæ accepta illam sanctam synodum orthodoxę fidei columnam eam vocasse? & secundum eam de proposita questione iudicasse, episcoposque acclamasse, æterna Leonis memoria, vt Leo credit, ita nos credimus: vt Leo docet, ita nos prædicamus. Ac dum synodus celebraretur, Eutychianistas monachos à Marciano Imperatore petiisse, vt synodus disiceretur, & symbolum Nicenum sufficeret: nihilque præterea quæreretur; ab eisque sanctam synodum postulasse, vt epistolæ sanctissimi Leonis subscriberent, ac non obtemperantes vt hæreticos condemnaf-

*Vide Niceph.  
l. 15. et epist.  
Nicolaipapæ  
ad Michaelē  
Imperator.*

se? Vides & audis quod œcumenica sancta synodus sexcentorum triginta patrum, nil legit aliud, quam quod sanctissimus Leo papa docuit solus? quodq; hæretici dissiuere synodum conati, synodus postulauit vt vel Leonis epistolę subscriberent, vel anathemate ferirentur: cui nō parentes anathematizati sunt: quomodo igitur vsque ad Petrum mansit, postea non? nam Leo quingentos prope annos à Petro vixit. Quomodo Athanasius ad Iulium, Chrysostomus ad Innocentium, Ignatius tertius ad Nicolaum, Theodoretus ad Leonem, Maximus ad Martinū, & cæteri orientis sacerdotes eieci, ac suis sedibus pulsī, vel ipsi venientes confugerunt, vel literas dantes significauerunt; vnde literis acceptis suas sedes receperunt nisi ij summum pontificem ac Petri successorē agnouissent; vt qui poterat eis esse præiudicio? quomodo reges & principes inspectis præliteris tacuissent, ac illis permisissent suas recipere sedes, quibus expulsi sunt, si Petri tantum potestas fuisset, at non eius successorum? Satis igitur, vt arbitror, ostensum est, quod non solum ad Petrum tantum, verum etiam ad eius successores eadem potestas extenditur, vsque ad huius sæculi consummationem.

*Vide Theodoretum in histor. trip. li. 4. & Nicolaum papam in epist. ad Michaelē imperatorē.*

## SECTIO X.

OSTEN-



STENDETUR præterea quod sine illius assensu, non potest œcumenica synodus, vel omnino vocari synodus, vel auctoritatem habere: quod in multis quidem aliis licet intueri, vt in præcedentibus exposuimus, & in sequentibus exponemus: præcipue vero in vita sancti Stephani iunioris, de quo Metaphrastes diligenter scribit vigesima tertia die Nouembris, vbi diuus Stephanus ab hæreticis accusatus, quod eorum se non subiiceret synodo, quam antea cõdiderunt contra venerandas & sanctas imagines, cum eum subscribere decreto cogerent ab ipsis promulgato: legite mihi, inquit, vestrum decretum, cõperuntque dicere, decretum sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi. ne progrediamur vltcrius, facer Stephanus magna voce clamauit: Quomodo sanctam vocare audetis vestram synodum, quæ sancta prophanauit? ipsa enim in suis actis constituit, non vocare Apostolos & martyres sanctos. Sed quo pergis? ad eadem Apostolorum, ad templum Georgij martyris. vnde venis? ab ade quadraginta martyrum. Propterea dicit diuinus vir, quomodo vestram synagogam sanctam vocare audetis, cum ea sancta violarit; neq; vult sanctos vocare sanctos? ô magnam inscitiam. Apostolos Dei & saluatoris nostri Iesu Christi non vultis vocare sanctos, & vestram satellitium aduersus ecclesiam coactum vocatis sanctum. quo pacto œcumenica appellabitur vnquam,

*Synodus non  
posse cono-  
ci sine aucto-  
ritate papæ,  
nec esse syno-  
dos.*

in qua Romanus præses non præfuit? sine cuius  
 assensu non possumus res ecclesiasticas ordina-  
 re. intelligis œcumenicam synodum non pos-  
 se vocari, nisi Romanus pontifex eam consti-  
 tuat? ac sine eo impossibile esse res ecclesiasti-  
 cas ordinari? quomodo ergo vos hæc non per-  
 cipitis? quoniam peritos videre, atque audire  
 non vultis. Et ideo quia semel cor vestrum fal-  
 sa credulitate imbutum est, non potestis audire  
 veritatem, vel cernere. Maximus præterea al-  
 ter hæreticis exagitatus veterem Romam se com-  
 tulit, vbi Martinum sanctissimum Papam na-  
 ctus est, quem die decimatertia Martij & nostra  
 ecclesia profancto colit, quam de causa? quia  
 illum ecclesiæ caput esse agnoscebat, eo confu-  
 git. ex eo loco epistolam conscribit ad Martinum  
 Cypri presbyterum, cuius principium, Divi-  
 na lege secundum Deum locupletatus pater ve-  
 nerande. subdit paulo post, ex synodalibus actibus  
 Martini sanctissimi Papæ nostri. de quo num-  
 quam scripsisset, vt de sanctissimo Papa, nisi do-  
 minum totius ecclesiæ cognovisset. eaq; de cau-  
 sa rogavit, vt synodum suorum episcoporum  
 cogeret, & impij dogmatis auctores anathe-  
 matizaret, qui vnam tantum voluntatem in  
 Christo esse conuiciabatur. hoc in synaxario apud  
 S. Maximum scriptum est, legat quilibet die  
 decimatertia Augusti. Si ergo, vt vos arbitra-  
 mini, is non est qui possit ordinare, inquirere,  
 confirmare, dirigere, administrare Ecclesiam  
 Dei, vt gubernator dirigit nauim, quomodo  
 hæc

*Martinus de  
 quo Zonaras  
 lib. 3. vixit  
 anno. 643.*

*Ex Maximi  
 epistolâ ad  
 Martinum.*

hæc gesta sunt? & alia multa his similia: quæ propter sermonis prolixitatem omittimus. nã si de iis voluerimus dicere, in illis exponendis tempus nobis deerit. Quomodo cum ipsos excommunicationi subiecisset, qui ab eo anathematizati sunt, non contradixerunt, quanquã essent episcopi, patriarchæ, archiepiscopi; sed tanquam patri obtemperantes paruerunt? nunc vero & qui neque ante pedes posita cernunt, contradicunt: quos ego ecclesię aduersarios, hostes & inimicos esse iudico, & conspiratores aduersus apostolicos & synodales canones, qui recte docuerunt nos ecclesię subiici oportere. Nam statim à principio CXXXIII. Iustiniani nouella; sancimus, inquit, secundũ sanctorum decreta, sanctissimum veteris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum. Constantinopolitanum vero secundum locũ obtinere post Apostolicã sedem. Præterea quintus canon Sardicensis synodi eodẽ modo eadẽ scribit. etiam Anastasius sancti Maximi discipulus, post historiam sancti Maximi, post quãdam alia, inquit: Ad hæc & Martini papæ sanctissimi, & capitis Apostolici & martyris, totius ecclesię occidentalis principis. Item magnus Gregorius theologus in epitaphio in magnum Basilium, inquit, quod eius ætatis Papa duos episcopos misit, Luciferum & Eusebium ad ecclesiã Cæsareę Cappadocię pacificandã. quomodo in orientem misisset ad ecclesias componendas, nisi princeps & gubernator fuisset

*Hæc nouellæ Iustiniani in impressis est 131. nõ 138 idẽ scribitur cõstit. 10. de primatu papæ. At testimonio synod. Sardicen. Sardica est vrbs Illyrii. Vide Theodoretũ. li. 2. ca. 21. cõ. D. Tho. qui citat hunc.*



totius orbis terrarum? Præterea Anatolius Constantinopolitanus patriarcha à Dioscoro heretico est electus. Sanctissimus vero Leo papa in epistola ad Marcianum imperatorem post alia multa ait: Electionem Anatolij patriarchæ nulla habita quaestione omisimus, eo quod orthodoxæ fidei se adiunxit. Ecce ex hoc deprehenditur, quod si Anatolius Dioscori hæresim sequutus esset, ab eo utique fuisset iudicatus: nec valetis contradicere; nam is erat Constantinopolitanus patriarcha. & si huius iudex, ergo & cæterorū, Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani. itaque omnium iudex. Agapetus papa præterea ipsemet Constantinopolim est profectus, ubi Anthimum Trapezuntium, qui erat Constantinopolitanus patriarcha, sed hereticus, sede deiecit, in locumque eius sanctissimum Menam suffecit. Vnde hoc? nisi quod in omnes obtinet imperium. & quia iam inde ab initio id apostolo Petro à Deo tributum est, & successorib<sup>9</sup> eius. Proclus præterea de Romani pontificis assensu in sedem patriarchalem euectus est, secundum Zonaram. Ecce ostensum est Romanum pontificem de Anthimo Constantinopolitano iudicasse. Leo sanctissimus Dioscorum Alexandrinum, & Iuvenalem Hierosolymitanum condemnauit, & ut de hæreticis iudicium tulit. Felix sanctissimus Petrum Antiochenum deposuit, & anathematizauit. Quamobrem cum Romanus summus Pontifex, in omnes patriarchales sedes

*Leo papa. Vi  
de Nicephor.  
lib. 15.*

*Agapetus  
vide Niceph.  
lib. 17. et Plat.*


*Proclus. que  
rendus est  
hic locus a-  
pud Zonarā.*

*Leo. Vide  
Nicephor.*

des obtinet principatum. quomodo ergo tunc,  
nunc vero non? nemo dicere hoc audebit. Sed  
tunc, & nunc, & vsque ad saeculi consummatione-  
nem habebit imperium. Et vt plane intelliga-  
tis nos vera dicere, & quam habeat potestatem  
ea diuina sedes, ad verbum Fœlicis epistolam  
adiungemus, quæ sic habet.

## SECTIO XI.

*Gloriosissimo & sereniss. filio Zenoni Augusto,  
Fœlix Episcopus in Domino  
salutem.*



**V**AE humanitati ea significari o-  
portet, quæ rerū ordopotulat, quod  
& significari par est in vtilitatem se-  
renitatis imperij tui. ac veluti adesse rogo,  
vt meas preces admittas apud amicas & rectas  
aures tuas, tanquam Christianissimus impe-  
rator. nulloque pacto pietas tua existimet nos  
alium magis beneuolentia, quam te prosequi,  
eo tamen excepto, qui te cupit cum Deo pacem  
habere. Quoniam tu fideli corde permotus de  
temporalis sedis potestate non ambigis, atque  
æternæ vitæ retributionem ex superna volun-  
tate pendere arbitraris, à mea paruitate susci-  
pere digneris venerabilem & diuinam beatissi-  
mi Petri principis apostolorum confessionem;  
cui cum regni clauis creditæ sint, Christianis-  
simo imperio tuo preparabit in cælis cum an-  
gelis mansionem; qui cum primus incommu-  
tabilem

*Fœlicis iij.  
epistola ad  
Zenonem  
Augustum  
Vide Nice-  
phor. li. 1. c.  
& Platin. in  
Fœlicis iij.*

tabilem & inculpatam in dominum nostrum  
 Iesum Christum fidem declarasset, ab ipso sal-  
 uatore beatificatus est. nam cum dixisset ad do-  
 minum, Tu es Christus filius Dei viui, respon-  
 sum ab eo tulit, Beatus es Simon Bariona, quia  
 caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater  
 meus qui in calis est; & super hanc confesio-  
 nem tuam edificabo ecclesiam meam, & por-  
 ta inferi non praualebunt aduersus eam; vt ex  
 ea tolleret, vnde suum cognomen accepit, quod  
 est Christus Iesus & Deus, omnipotentis filius,  
 Petrus primogenitus diaboli filius, cum indi-  
 gne se in Antiochenam sanctam Dei ecclesiam  
 insinuauerit, & pontificiam sedem Ignatii  
 martyris coinquinauerit, qui Petri dextra pon-  
 tificatum accepit, & Eustachij confessoris &  
 praesidis CCCXVIII. sanctorum patrum qui  
 apud Nicenam coacti sunt: ausus est dicere non  
 oportere Christum vocare filium Dei secun-  
 dum diuinam saluatoris sanctionem, diuina-  
 rumque scripturarum traditionem, & patrum  
 expositionem; sed vnum ex trinitate passionem  
 pro nobis sustinuisse secundum diuinitatis es-  
 sentiam, veluti Arius, Apollinaris & Eunomius  
 tradiderunt: his verbis adnixus salutiferam  
 humanitatem conuellere, secundum quam  
 Christus passionem sustinuit. Fertur etiam &  
 vnus ex nostris tanquam de semine Abraham  
 progenitus multiplicitate Deorum inuexisse:  
 nam sensus verborum tres Deos inducit, mor-  
 tuum vnum, duosque viuos, abolet autem &  
 con-

Vide octauam  
 constit. Gr.ec.  
 apud Iustini-  
 anum.

consubstantialem, sanctasque synodos reddit,  
 irritas, Nicenam, Constantinopolitanam, &  
 Chalcedonensem. Quin & Mariæ virginita-  
 tem non recipere reperietur. Si enim verbum  
 ex ea incarnatum non suscepit humanitatem,  
 quid virgine opus est? cur Gabriel dixit ad il-  
 lam, quod ex te nascetur sanctum, vocabitur  
 filius Dei. & dabit ei Dominus sedem David  
 patris eius. præter hæc impia & contumeliosa  
 facinora, cum adulterare trifagium conatus sit  
 addendo, crucifixus propter nos, in infinitas  
 absurditates rem adduxit. Ac quamuis sapius  
 à nobis, & à tua in Christo fraternitate sit mo-  
 nitus, & orientalibus, & ab Acacio archiepi-  
 scopo vestræ regis urbis & Christi amica, cõ-  
 uertere se nunquã voluit. Propterea nunc san-  
 cta Dei ecclesia ex materno affectu non cessat  
 tanquam ad præcipuum eius filium verba fa-  
 ciens dicere. O Christi amice imperator, cul-  
 tus nostri vinculum, quo vinciuntur fideles,  
 dissolui ne patiaris, Christi domini, & vnige-  
 niti filij tui cognomen ne permittas violari;  
 sanctissimam hymnodiam, quæ & urbem ve-  
 stram seruauit periclitantem, tanquam ab an-  
 gelis traditam inuiolatam conserua. Petrum  
 Arianae superstitionis sectatorem ab Antioche-  
 na ecclesia deturba. Quamobrem Petrus mea  
 fide abrogata scindit mundi consensum? qua-  
 nam de causa Petrus scindit tunicam meam  
 desuper contextam? Deus Pater principi apo-  
 stolorum præcepit, quomodo vocari suum fi-

Luc. 18

*Crucifixus  
 pro nobis vel  
 propter nos  
 scribitur in  
 symbolo. Zo-  
 nar. li. 3. 38.  
 i. refertur  
 ad trifagium  
 de quo Da-  
 masc. plene.*

Ioan. 19

lium oportet. vnigenitus in Petri confessione  
 fundauit me. Spiritus sanctus quotidie testa-  
 tur mihi dicens: ne quid iudices, scire, nisi le-  
 sum Christum, eumque crucifixum, inimici,  
 inobedientes, dolosi, extra vineam positi, vni-  
 genitum Dei filium mactantes & lapidantes, &  
 ligno crucis affigentes, eius vestem non diui-  
 serunt, & Petrus vestem meam discindet? por-  
 ta inferi non praualebunt aduersus me, & Pe-  
 trus conatur meum parietem demoliri? Ego  
 religiosissime Imperator te regno pulsū redu-  
 xi, improbos & meis dogmatibus non parentes  
 pro tuo funere tradidi, & potentia tibi via rele-  
 rari; inimicos vna cū eorū impio dogmate de-  
 ieci, antiquū tibi imperiū à Deo impetraui, qui  
 in calis regnat, à quo imperium accepisti. Re-  
 spice ad tuum prædecessorē imperatorē Marcia-  
 num, eiusque fidem libens amplectere: hereti-  
 cam Petri tyrannidem radicitus quamprimū  
 euelle, Valentini Eutychetisque discipulum  
 ab arce deiice: & ab ecclesiastica administra-  
 tione, simulque & à sacerdotali dignitate præ-  
 cipitari decernite. Reputa tecum ô Maxime  
 legitime fili & iniuicte imperator, quam certa  
 vltione Chalcedonensis synodus sit vindicata,  
 & quæ pœna de tuo hoste sumpta. libera popu-  
 los ab hæretica Petri doctrina. hac tecum lega-  
 tione fungitur sancta Dei catholica & apostoli-  
 ca ecclesia; & ab ea ob iam expositas causas de-  
 positum in posterum in communionem ne re-  
 cipiatis. vestrisque diuinis literis vt paries in-  
 ter

1. Cor. 2.

*Prosopopeia  
 elegantiss.  
 ad Zenonem  
 Imperatorē.*

ter eum & Antiochenam ecclesiam, intercedat, efficiat. in locum vero illius virum sufficite, qui operibus sacerdotium exornet: acerque sit custos Chalcedonenſis ſanctæ ſynodi, ſuorumq; decretorum. Omnipotens Deus imperium veſtrum ſemper in pace cuſtodiat.

*Exat in cō-  
ciliis epiſto-  
la Felicitis  
ad Petrum  
eiudem ſenſu  
ſentit.*

## SECTIO XII.



**V**IDES poteſtatem, quam obtinet ea diuina ſedes? audis quo pacto induit non ſolum Petri perſonam, verum etiam ipſius Ieſu Chriſti? cum dicit, Petrus fidei meæ tunicam ſcindit. Inſpiciſte igitur, & videte ſedulo totam epiſtolam, & agnoſcite auctoritatem Romanæ eccleſiæ: adiungamini illi & vos, nec veritati aduerſemini. quamuis enim ex perſona eccleſiæ loquatur, is eſt tamen qui eccleſiam dirigit ac gubernat. Addimus etiam præter hæc orientalium doctorum teſtimonia. Cyrillus beatus Alexandriæ archiepiſcopus in theſauris ita ſcribit: Quod oportet nos tanquam membra caput ſequi, id eſt, Romanum pontificem & apoſtolicam ſedem, à qua debemus petere quid credere, & ſentire debemus, ac tenere: quia ipſius tantum eſt conſutare, dirigere, redarguere, confirmare, ordinare, ſoluere, & ligare. Audis tu qui Cyrillo cōtradiciſ? noſtri officiij eſſe, vt mēbra corpus, ita & nos apoſtolicā ſedem ſequi: quodq; ad eā ſolū pertinet dirigere & gubernare catholicā Dei eccle-

*Cyrilli in  
theſauris.  
citatur hunc  
locum etiam  
D. Thom.  
ſed aliſiter.*

ecclesiam. Si ergo ita scribit, vt sentit scribit. Si sic sentiebat, ita & agebat. Si is obedientiam & reuerentiam tunc Romano pontifici exhibebat, quis contradicit, nisi indoctus fortasse, vel stultus? Hæc igitur mecum reputanti subit mihi vehementer ridere, seu deslere potius, ac vicem eorum dolere, qui sponte oculos comprimunt aduersus lucem; nec veritatem sustinent audire. Quis est qui neget confessionem sublimi voce ab ecclesia decantatam, siue fidei symbolum? in quo aperte confitemur vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, in omnes terræ partes disseminatam. hanc nemo vnquam dixerit vnam, nisi cæteræ omnes tanquam membra coagmentata secundum beatum Paulum, eam veluti caput sequantur. quæ omnia simul iuncta vnum conficiunt corpus. & vt secundum eundem apostolum, non potest pes vel manus, vel aliud corporis membrum capiti dicere, non opus habeo te: ita nec cætera, ecclesie Romanæ, possunt ecclesie dicere, non indigemus te. Omnes ab illa auctoritatem capiunt, & omnes ab illa confirmantur. testabuntur id omnes doctorum scripturæ. Illa namque vt caput omnia membra recognoscens, & de omnibus æque sollicita, vt quod in suprema situm sit parte, mœret, si membrum aliquod langueat; curamq; illius gerit & ad sanitatē perducit, vt dictum est. Inquit enim, & aperte clamat, Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? Si vero membrum aliquod

*A testimonio  
ecclesie.*

1. ad Cor.

12.

2. Cor. 11.

Si aliquod abscindatur, marcescit & male olet; &  
 sed caput (quod alioqui nec laboribus nec cru-  
 ciatib<sup>9</sup> cedit) minime lædit. Oportet autē qui  
 symbolū confitentur, & vnam ecclesiā prædi-  
 cant, nosse qualisnam ea sit, vna, sancta & apo-  
 stolica ecclesia. ea est aut occidentalis, aut orien-  
 talis, quod idem est ac si dicas Latina, vel Græ-  
 ca; alia namque præter has non reperietur: alia  
 enim præter has superstitiones sunt, falsa syna-  
 goga, & hæresibus referta. Enumera diligen-  
 ter & vide, quod si Græcorum arbitraris eccle-  
 siam esse hanc quam symbolum designat, in  
 nihilum Petri confessionem concludis, aduer-  
 sus quam portas inferi non præualituras pro-  
 fessus est Christus. nam omnis Græcorum ec-  
 clesia, immo vero totus oriens à Mahomete  
 absorptus est. nonne videmus omnes patriar-  
 chas, atq; episcopos ac sacerdotes in potestatem  
 venisse Mahometis? & ab eo petere sacerdotij  
 facultatem? & pedib<sup>9</sup> eius aduoluuntur, & pro  
 eo etiā inuiti deprecantur? in quo loco colloca-  
 bis; Porta inferi, id est hæreticorū ora aduersus  
 Christi ecclesiam non præualebunt? eo loco, vbi  
 non solum ora hæreticorum dominantur illi;  
 sed etiam impij & alienigenę imperium tenēt?  
 eo loco vbi nec sacrificare tuto possis, nec nola,  
 vel tintinnabulum, nec crucis signum apparet?  
 eo loco vbi nemo libere potest dulce Christi  
 nomen proferre? Si vero protulerit, in duas  
 partes discinditur? eo loco, vbi si sacerdotes  
 sacrificantes inuenti fuerint, Christi hostes in-  
 gre-



*Opponit ele-  
gantissime  
ecclesiā Ro-  
manā Græce  
idē potest di-  
xi de hereti-  
cis nostri tē-  
poris, & co-  
v̄ ecclesiis.*

*Encomium  
pulcherrimū  
Romanæ  
ecclesiæ*

*Marc. 16.*

grediuntur atque subsannant? proterunt altaria & profanant & sancta proiiciunt, & plagas sacerdotibus infligunt, & protrudunt, & derident Christianorum religionem? nequam. Sed ibi oportet esse, vbi Christi signum refulget, & ecclesiæ exornantur, nola, imagines, & altaria omnia magno cum cultu conspiciuntur & adorantur; & sacerdotibus eminus reuerenter assurgunt populi. ibi vbi palam Christi fides prædicatur. ibi vbi terra reges & principes venientes ad sacra loca inspicenda, & apostolorum capita adoranda, vna cum illis & præsidem eorum pontificem adorant, & eius pedibus aduoluuntur: ibi, vbi festi dies, psalmodiæ, preces sine metu celebrantur. vbi nemo reformidat sibi quenquam aduersari. ibi vbi summus pontifex doctores & prædicatores in omnem terram dimittit ad prædicandum & annunciandum verbum Dei, Christi imitatione, immo saluatoris nostri vices in terris gerens. nam sicut is apostolis dixit, ecce mitto vos, euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, ita & hic in vniuersum orbem magistros mittit magna cū cura, qui non solum ad Christianos proficiuntur; sed etiam ad omnes gentes, vel ex sancti Francisci ordine, vel Dominici, vel ex alia regula. Ergo ibi ecclesiam confitebimur, vbi non est hæresis, nec iniquitas, neque infidelitas: immo vero firma fides & inconcussa. at non ita apud orientales, vbi abundat iniquitas & infidelitas

delitas. Nec meus sermo est hic, sed Theodorus  
 Studites prodeat & dicat hoc testimoniū, quod  
 nemo poterit inficiari, in decima quinta cathe-  
 chesi, quam legitis quidem, at non intelligitis,  
 quia non vultis. videtur enim doctor hic ad-  
 uersus oppugnatores imaginū pugnare, quan-  
 do dicit. Audio autem quod Romæ, principis  
 apostolorum Petri claves proponuntur ad a-  
 dorandum, atq; in honore haberi; quanquam  
 non claves sensibiles dominus ei tradidit: sed  
 intellectuales ad ligandum & soluendum, at  
 illi argenteas populo proponunt ad adoran-  
 dum. tanta igitur apud eos est fides. & ibi soli-  
 da petra fidei secundum Dei verbum fundata.  
 hic vero ut videtur, abundat infidelitas ac im-  
 probitas. Vides quod & beatus hic, ibi confite-  
 tur solidam esse fidem; nec in Petro tantum, sed  
 & in eius successoribus. Hæc quidem cum au-  
 diatis; & videatis, nec possitis contra respicere,  
 velut aduersus refulgens & coruscans lumen  
 veritatis, ad ea cōfugitis, quæ nefas est dicere; sci-  
 licet peccatorem esse Romanum pontificem, &  
 carnalibus voluptatibus inseruientem. & ideo  
 nolle vos honorem reuerentiam debitam ex-  
 hibere.

*Ex XV. ca-  
 techesi Theo-  
 dori Studi-  
 ta. habetur  
 in impressis  
 hic locus co-  
 mendatur vs  
 hic translu-  
 limus. huius  
 Theodori me-  
 minit Nice-  
 phor. floruit  
 sub Leone  
 Armenio.*

*Rursus rea-  
 dit ad excu-  
 sandam pon-  
 tificiā viā.*

### SECTIO XIII.



Atametsi his, in præcedentibus re-  
 sponderimus, exactius rursus vobis  
 dicimus, qd aperte mendaces estis, nā  
 non

*Et tempore  
clericis barbā  
adebant, nō  
ut nūc.*

non quia peccator est, refugitis ei obedire; sed quia Latinus est, & barbam tondet. Si enim illum vitaretis propter peccatum, vosmetipsum vitaretis, quia estis peccatores. Quomodo ergo nostis eum iudicare, vestros vero non iudicatis? omnes ne orientis sacerdotes sancti sunt? vos hoc non potestis demonstrare. non ergo illum tanquam peccatorem deuitatis, quia nec vos sine peccato estis. sed quia Latinus, & ab opinionibus vestris euariat. Vos namque Latinos tanquam à fide alienos existimatis, & ab eis refugere tanquam à facie serpentum simplices edocetis: idque liquido patet. Ac si quis ex Latinis videtur sanctus, vos hunc salutare non vultis: immo vero maledicta ingeritis. Græcos quamuis flagitiosissimos & stultissimos, si solū aduersus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini. inter alios quidem multos quendam, qui vocatur Palamas, & Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem, nulla virtute, vel sanctitate subnixos, quia loquuntur solum & scribunt contra Latinos, extollitis & celebratis; eorumque imagines exornatis; festumque agentis diem colitis, ac veluti sanctos adoratis. Latinos vero quamuis iam pridem ecclesia pro sanctis colendos duxerit, vos incessanter blasphematis. ita & de summo pontifice facitis: nam illum omnino Christianum esse non existimatis, quia Latinus. id enim sub dentibus stridetis maledictis incessentes; & eorum qui rerum potuntur

*Palamas.  
Marcus Ep  
phesius.*

tur metum reueriti, ad aliud quasi aranei um-  
 bram confugitis, eum peccatorem appellan-  
 tes, ac cetera conuicia effundentes. Cauete ne  
 id audiatis: Qui vestrum est sine peccato, pri- *Ioan. 8.*  
 mus lapidem tollat; id est qui peccatum non  
 commisit, incipiat iudicare de peccato: & non  
 iudicate, vt non iudicemini. ne captetis occa- *Matth. 7.*  
 sionem fratres, in peccatis. non est officij vestri  
 de peccatis principum vestrorum inquirere;  
 doctoribus omnibus aperte clamantibus, &  
 Ioanne lingua aurea in multis quidem oratio-  
 nibus, & in oratione, cuius est titulus, quod  
 oportet colere suos magistros spirituales, non *Ex chryf.*  
 maledicere illis. principium orationis, Nulla *quod non oo*  
 res ad loquendi licentiam magis allicit. paulo *portet suis se*  
 post inquit: Si qui patri vel matri maledicunt *et dicitur*  
 parentibus secundum carnem, ex lege morte *maledicere.*  
 moriuntur: quali nam dignus erit pœna, qui  
 virum spiritualem magis quam multi parentes  
 necessariũ, audet maledictis incessere? nõ refor-  
 midans ne terra dehiscens ipsum de medio tol-  
 lat; vel fulmen cœlo dimissum maledicam lin- *Maria. Nuo*  
 guam adurat. Audistis quid Mosis sorori con- *12.*  
 tulerit, cum fratrem suum accusasset & princi-  
 pem: quomodo impura facta est, & in lepram  
 incidit, maximamque infamiam subiit? fratre-  
 que de ea sollicito, Deumque deprecante, ve-  
 niam non impetrauit? & paulo post; & Deum  
 placare non potuit, sed magnam pœnam per-  
 pessa est; vt intelligamus quam magnum cri-  
 men sit principes redarguere, & de aliorum  
 vita

vita iudicare. Et post pauca: Si in carnalibus  
 parentibus ita, quanto magis in spiritualibus  
 parentibus hanc seruare legem oportet. & v-  
 numquemque in vita laborare & sollicitum es-  
 se, ne in illa die audiamus, hypocrita, cur festu-  
 cam vides in oculo fratris tui, trabem vero in  
 oculo tuo non vides? & statim postea, cum prin-  
 cipes à subditis coluntur, id ipsis obiicitur vt  
 Heli dixit deus. cepi te ex domo patris tui. Si  
 vero contumelia afficiantur, vt in Samuele, non  
 te abiecerunt inquit, sed me. qui sacerdotem  
 honorat, Deum honorat. qui didicit sacerdo-  
 dotem contemnere in via progressus, & aduer-  
 sus Deum erit contumeliosus. qui vos recipit,  
 inquit, me recipit. & honorifica, inquit, sacer-  
 dotes tuos. Inde Iudzi didicerunt Deum con-  
 temnere, quia Moysen contempserunt, eum-  
 que lapidibus impetuerunt. Ac si quis sacer-  
 dotibus debitam exhibuerit reuerentiã, mul-  
 to magis id erga Deum egerit. & quamuis im-  
 probus sit sacerdos, videns Deus, quod eius  
 causa etiam indignum honoras, ipse retribu-  
 tionem reddet tibi. Et rursus post pauca: An  
 nescitis quod sacerdos nuncius Dei est? An  
 enim ex se dicit, quæ dicit. Si contemnis sa-  
 cerdotem, non eum contemnis, sed Deum qui  
 ipsum elegit; & vnde dignoscitur (inquit)  
 Deum ipsum elegisse? Ergo si hac es in opinio-  
 ne, spes tua inanis est reddita. Si enim per eum  
 dominus nihil operatur, neque lauacrum ha-  
 bes, neque mysteriorum es particeps; & bene-  
 dictio-

dictionibus non frueris. non igitur Christian<sup>v</sup>  
 es. Quid ergo inquit, omnes elegit Deus? per o-  
 mnes ipse operatur, quanquam indigni sunt,  
 quia populus saluatur. Nam si per asinam & Ba-  
 laam scelestum hominem operatus est, multo  
 magis per sacerdotem. Si per Iudam operatus est,  
 & per falsos prophetas prophetantes, quibus di-  
 cit, nescio vos, discedite à me, qui operamini  
 iniquitates, multo magis per sacerdotes opera-  
 bitur. nã si nos principum vitam scrutari oportet,  
 oportet & nos magistrum eligere: &  
 quæ supra sunt, infra fient: supra pedes, infra ca-  
 put. si fratrem tuum tibi iudicare non conce-  
 dit, multo magis neque tuum doctorem. & post  
 pauca. tu quis es, ne sis anxie curiosus aduersus  
 pastorem, ne de his quæ tu arguis illum, plecta-  
 ris. Et quo pacto me admones, ipse non faciens?  
 non ipse tibi dicit: si ei credis, mercedem non ac-  
 cipies: Christus hæc docet, ne iudicemus nos  
 mutuo, sed sua unusquisque. Et paulo post. ne  
 maledicamus rogo magistris. Si quis patrem ha-  
 buerit multis criminibus obnoxium, nonne ea  
 obtegit? ne exultes, inquit, in dedecore patris  
 tui. multo magis de spiritualibus patribus hoc  
 dicendum. exhibe reuerentiã, quia quotidie mi-  
 nistrat tibi. curat ut propter te legatur scriptu-  
 ra, sacram domum exornat propter te. vigilat  
 propter te, orat pro te, Deo preces offert pro te,  
 cultus eius erga Deum omnis propter te, hæc  
 reuerere, hæc tecum cogita, & omni præstita ob-  
 seruantia ad eum accedito. Et paulo post. au-  
 di quid dicat de principibus Iudæorum Deus.

Super cathedram Moſis ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum vero opera illorum nolite facere: quænam deterior eorum vita reperietur? eos tamen nec dignitate deiecit, neque vt à ſubditis deſpicerentur curauit: & recte. ſi enim hæc ſibi arrogauerint ſubditi poteſtatē, omnes ſtatim abrogabuntur, & de tribunali deiicientur. Propterea & Paulus cum in pontificem Iudæorum contumelias effuſiſſet, ac dixiſſet, percutiat te Deus paries dealbate. & tu ſedens iudicas me? ſed monitus à quibuſdā vt reticeret, re volens quanto honore & reuerentia principis proſequi tenemur, inquit, nesciebam eum eſſe Dei pontificem. Ideo & alibi dicit. obedite præpoſitis veſtris, & ſubiaceite illis, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. ideo & huius cultus fruſtu poſtiri eos æquum eſt. Et poſt pauca: Cogita quid dicat Deus de Iudæis. ſuper cathedram Moſis ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis facere, facite. at nunc non poſſumus dicere, ſuper cathedram Moſis ſederunt, ſed ſuper Chriſti. propterea inquit Paulus, pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortate per nos. Audiſti ab hoc doctore, quo pacto colendi ſunt ſacerdotes. Si ergo de ſacerdotibus hoc dicit, multo magis de principibus ſacerdotum & patriarchis & doctoribus eccleſiæ, qui à vobis in præſentia non ſolum non coluntur,

verum

*Act. apo. 23.**Ad Heb. 13.**2. Cor. 5.*

verum etiam impudentissime lacerantur. quas pœnas quæso subituri estis? magnas ut arbitrator. immo vero non secundum meam sententiam; sed secundum aurem linguæ, & admirandum Ioannem; cum dicit, qui sacerdotes iniuria afficit, Christum iniuria afficit. Qui vero Christum iniuria afficit, quid respondebit illa tremenda die? Sic itaque; concludit Chryostomus. Si cognita sunt vobis, quæ ex mellifluis eius orationibus exposuimus, præsertim quo honore principes sunt colendi, quia super cathedra Iesu & Dei sedent. Subiecti igitur estote illis, ut & nos subiicimur, non ut sanctis ex virtute: sed ut principibus: siquidem neque nos ut sanctum ex virtute Romanum Pontificem colimus, sed ex primatu & sacerdotio. nam si sanctus est, me sanctum non facit, si peccator fuero: si vero peccator est, mihi non obest, si iustus fuero. An existimatis quia Papa est, eum hæredem fore regni cælorum? minime gentium: sed ob eius virtutes, si quas habet. nam Papæ multi hæredes erunt sempiternæ damnationis: non quod Latini sunt, & summi pontifices Romani: sed propter peccata eorum. Multi etiam Constantinopolitani patriarchæ, Græci videlicet, & Alexandria, & Antiochiæ, & Hierosolymorum hæredes erunt perennis ignis; non quia Græci sint, vel patriarchæ, sed propter eorum scelera: & contra: non est enim acceptio personarum apud Deum, ut terrenæ huius vitæ principes, protinus & futuræ conspiciantur hæredes; verum omnino qui



*Sapient. 5.*

probi sunt. An non auditis sapientiam dicentem: Tunc stabit iustus in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt: ij vero videntes suspirabunt & dicent: hic est is quem aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij? stulti: nunc vero computatus est in filiū Dei, & inter sanctos fors eius est. ergo aberrauimus à via veritatis. quare non debemus de cuiusuis vita iudicare, vel nimis esse curiosi: nam vniuscuiusque opus in eo publico conuentu manifestabitur. Igitur fratres respiciate; & pro salute vestra certate. hoc pro certo iicitur, Christo non subiicitur: qui Petro dixit, tu es Petrus, & cætera; ac nunquam salutem consequetur. nam cum dicitis vos illi subiicere, quia peccator est, id stultorum est hominum, & omnis prorsus sensus expertium. cur iudicatis ecclesiæ Pontificem, quæ nescis qualis nam sit? nemo enim, dicit scriptura, nouit facta aliena. quo pacto vos iudicatis, quem omnino, vt peccatorem non nostis? Omnes quæso qui cathedram Petri adepti sunt, improbi sunt & peccatores? num data opera cæteri ecclesiæ Pontifices atque proceres, Papam eligunt peccatorem? nonne erubescitis ecclesiæ electionem profèqui contumeliis? an nescitis quod & Constantinopoli eum creabant Patriarchā, qui præcipue erat honore perspicuus & virtute? nam & apud hostē virtus est honorabilis. ita & hic eum, qui supra cæteros honore & virtute antecel-

*De innocen-  
tia pontificis  
& vita.*

anteceffit, constituunt suū sacerdotem & regē.  
Si vero peccator est, quid ad nos? is pro se ratio-  
nem reddet, quemadmodum & nos nostri: ne-  
mo namque pro alio iudicabitur.

## SECTIO XIII.

**A**T tu ultra modum Papam deificas.  
nos vero scimus eum hominem esse;  
& peccato & probris posse demergi.  
propterea in iis quæ ad fidem pertinent nolu-  
mus ei inherere. Sed à nobis iam antea di-  
ctum est, hoc nihil esse, quoniam necesse est nos  
aliquem sequi pastorem: ille namque ut homo *Solutio.*  
peccat quotidie. Si enim vna tantum hora es-  
set vita nostra, nec ita sine sordibus esse posse-  
mus. Sed de propriis peccatis vnusquisque pro-  
fese rationem redditurus est, ut saepe iam dixi-  
mus. Satis est nobis si bene pascamur, secundū  
magnum theologiae doctorem Gregorium. At  
seditionis & contentionis studiosus inquit,  
peccatorem caput esse non probo. ad quos re-  
spondendum, quod bene cogitata vestra per-  
cipimus, quæ postea inferius retegem⁹, & si vos  
ob ignauiam obumbrare conamini. Nunc au-  
tem iis respondebimus, quæ palam dicitis, quia  
ex animi vitio hoc dicitis. nō em̄ vobis cognitū  
est eū esse peccatorē: neq; vobis eius vitæ ratio sa-  
tis est cōperta. sed impudenter calumniamini  
& cōiuciamini illi, qui Petri successor est, & Iesu  
Christi figuram in terris gerit. nam qui eum  
peccatorem appellant, iis quæ Iudæi asserbant  
similia asserunt. quoniam illi à natiuitate

cæcum cernentes videre, inuidia torti, eum interrogant dicentes; quis aperuit oculos tuos? respondit, homo qui vocatur Christus: is mihi dixit, lauare in Siloam, & lotus recepi lucem. at illi ira accensi dicunt, da gloriam Deo, quia hic homo peccator est. quibus ille qui nuper cæcus fuerat, respondit, si peccator est nescio. vnum scio, quod cæcus cum essem, modo video. in hoc enim mirabile est, quod peccator cum esset, aperuit oculos meos, qui cæcus eram. à sæculo non est auditum, quia quis oculos aperuerit cæci nati. nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Possumus igitur hæc ad successorem Dei traducere, qui est sanctus Papa. Si peccator est, quomodo maledixit vobis? & Græcos excommunicauit Nicolaus primus temporibus Photij, & excommunicationi illi non defuit iota vnum; sed facti sunt captiui, vt is in excommunicatione dixit, in omnes gentes, tanquã Iudæi. scriptum est enim, peccatores non audit Deus. Si peccator est, quomodo fuit exauditus? at hic quidem sic. Innocentius ante hunc Eudoxiam ob Chrysofomi exilium excommunicauit, & intremuit eius sepulchrum, donec reuocato eo excommunicationem remisit, & statim constitit illius tremor sepulchri. sed quid euenit nostra memoria nunc sub Nicolao V. pontifice Maximo? cum legati à Constantino Imperatore, qui vocabatur Dragases, ad eum missi adhuc supersint: quibus literas dedit plenas timoris & horro-

Ioann. 9.

Nicolaus I.  
vide epist.  
eius ad Michaelem  
per. & apud  
Niceph.  
Innocentius  
primus de  
quo supra.

Constantinus  
Dragases  
succesit in  
imperio Ioan-  
ni Paleologo  
fratri, qui  
interfuit Flo-  
rentino con-  
cilio.

tis. vbi aperte cum execratione prophetizat Ex epist. N<sup>o</sup> colat V. ad Imper. Constantinum.  
 excidium & internecionem extremam infelici-  
 cium Græcorum: in quibus post alia multa  
 (cum conuicia & probra rescisset, quæ à Græcis  
 quotidie impudentissime iactabantur) mire &  
 hoc dicit. Omnes gentes decretum quod san-  
 citum est receperunt: Græci vero neque rece-  
 perunt; neque spes est eos vnquam esse receptu-  
 ros; quæ super concordia & vnione decreta-  
 sunt, procrastinationes enim procrastinatio-  
 nibus ab eis semper prætexuntur, excusationes  
 & responsiones in singulis. Neque vero Græci  
 arbitrentur Romanum pontificem ita esse men-  
 te destitutum, omnemque occidentalem Eccle-  
 siam, vt non intelligat quæ in singulis dilatio-  
 nibus respondendo nugantur. optime cuncta  
 nouimus: Sed toleramus in Iesum respicientes  
 sempiternum sacerdotem, & dominum; qui  
 sterilem illam ficum vsque ad annum tertium Luc. 13.  
 iussit asseruari, agricola iam ad excindendam  
 arborem se accingente, quia nullum fructum ferebat.  
 O magnam calamitatem. anno MCCCCLI.  
 hanc conscripsit epistolam, & MCCCCLIII.  
 capta est Constantinopolis. num potestis di-  
 cere hæc vera non esse? minime gentium, cum  
 id sit manifestum, & res ipsa aperte loquatur.  
 tres inquit annos expectabimus, si vos forte à  
 schismate & separatione conuerteritis, & vos  
 vere decreto adiunxeritis, secundum Saluato-  
 ris de ficu præceptum. Si vero non, excindemi-  
 ni, ne terram ociosam & inutilem reddatis.

hoc miraculorum miraculū maximum: quod  
 (vt in epistola ipsa scribit Nicolaus Papa) Græ-  
 corum gens illa magna & formidabilis, sapiens,  
 clara, fortis, terrarum domina, ob diuinam vlti-  
 tionem ita in Barbarorum seruitutem abdu-  
 cta sit. Hæc enarranti mihi subit lamentari &  
 deplorare excidium gentis nostræ, quamquam  
 vos non intuemini.

## SECTIO XV.

**I**N primis ergo (vt inde initium su-  
 mam) in memoriam reuocate fratres  
 & patres, qualis nam & quanta exti-  
 terit nostra natio. fuit enim quondam sapiens,  
 clara, generosa, prudēs, fortis, & quæ omnē terrā  
 suo subiecerit imperio. præterea virtutis studio  
 & sanctitate omnes gentes est supergressa, ieiu-  
 niis, vigiliis, orationibus, eleemosynis, & (vt  
 vno verbo dicam) veluti spongia hāusit omnē  
 virtutem, Deo semper accepta. at in præsentia  
 (proh dolor) omnia interciderunt. Constan-  
 tinopolis capta est; cuius rei solum recordatio-  
 ne cogor prorumpere in verba cum clamore &  
 eiulatu, & vltimū effundere spiritum. qua Vr-  
 be expugnata aræ sunt prophanatæ, templum  
 conculcatum, magna sanguinis effusio secuta,  
 pollutæ moniales, virgines corruptæ, caput in-  
 fantibus abscissum, impiorum manibus prin-  
 cipes occiderunt: monachi sacri, sacerdotes,  
 præpositi, viri, fœmina, connubia sunt diuisa,  
 sacra

*Describit &  
 deplorat tra-  
 gice excidium  
 Constantino-  
 politanum.  
 7453.*

sacra vasa confracta, imagines ornatissimę con-  
 culcatae sunt, ac sputis conspurcatae. O me mise-  
 rum atq; infelicem, quis poterit vnquam tantā  
 cladē deplorare, & verbis acerbū casum expri-  
 mere? heu vbi regius apparatus & comitatus?  
 vbi ordo Palatij & disciplina? vbi rot principū  
 examen? vbi scholæ sapientiæ? veh mihi mise-  
 fero, vbi Patriarchalis administratio, vbi orna-  
 tus Ecclesiæ? vbi tantus & talis sacrorum mo-  
 nachorum, ac non sacrorum ordo, chorus &  
 numerus? vbi monachorum & monialium  
 ordines. ecce, nonne cuncta sunt à Mahomete  
 absorpta? nectantum in ipsa Vrbiū Regina  
 ea mala obuenerē, verum etiam in subiectis re-  
 gionibus plura ac deteriora; perque singulos  
 dies hæc apertis oculis intuemur & intelligim⁹.  
 Quamobrem ergo hæc? vel vos mihi dicite per  
 dominum. Si dixeritis vt dicere consuestis, ob  
 nostra delicta hæc euenisse, non ita se res habet  
 ego dicam. quoniam non magis nos, quam cæ-  
 teræ Christianorum gentes, nostris criminibus  
 Deū irritamus. Sunt em̄ & aliæ nationes magis  
 sceleribus & peccatis obnoxia: quomodo non  
 affliguntur vt nostra infelicissima & miseran-  
 da natio? veh mihi misero, alius ex alio subin-  
 de fio, cum ad hæc animum conuerto, & cor  
 meū conturbatur, & spiritus meus aestuat. quia  
 Iudæorū gens, quæ duo crimina cōmisit, secū-  
 dum Prophetā dedit pœnas. duo enim mala fe-  
 cit, inquit, primogenit⁹ me⁹ filius Israel: me de-  
 reliquit fontē aquæ viuæ, & effodit sibi cisternā  
 dissi-

Hierem. 2.

dissipatam. & Ecclesia, me in ligno crucifixae  
 runt, Barrabam vero postulauerunt & libera-  
 runt. primum igitur cum Idolis inseruisset, in  
 captiuitatem abductus est in Mediam & Baby-  
 lonem. Secundo cum crucifixissent domi-  
 num nostrum & Deum, profecti sunt captiui  
 in omnes gentes: nostra vero natio (proh in-  
 fortunium, proh dolor) neque Idolis seruiuit  
 vnquam, neque Dei filium crucifixit. qua de  
 causa tam acerbe vexatur? Sed non solum ea-  
 dem, verum etiam multo peiora quam impii  
 Iudæi perpetitur. li namque in seruitutem ab-  
 ducti, omnium gentium facti sunt serui, vt om-  
 nibus inuisi & Dei hostes. hi vero non solum  
 gentium facti sunt serui; sed & Iudæis ipsis,  
 qui sunt serui omnium gentium. O meam  
 calamitatem. Nonne reliquum est plorare &  
 lamentari, ac disquirere causam & videre, pro-  
 pter quæ patimur hæc? ego vero aliam non pos-  
 sum inuenire (neque enim virtute, nostra na-  
 tio cæteris gentibus peior est; imo vero melior,  
 nam dictum est, vereque dictum, nationem  
 nostram omnes nationes virtute & moribus  
 antecellere) nisi schisma, & quod se subtraxe-  
 rit ab obedientia & subiectione Romanæ Ec-  
 clesie. eam & solam decerno esse causam interi-  
 tus nostræ gentis; quia postquam ab ea diuisi  
 sumus, maledictionem accepimus, & patimur  
 quæ nos patimur. nec ideo pœnitet nos; sed de-  
 teriores euadimus, & maledictis imperimus i-  
 psam Ecclesiam; dicenda & tacenda aduersus  
 eam

*Græcos pro-  
 pter schisma  
 dicit in ma-  
 nus Turcarū  
 venisse.*

etiam impudenter euomimus. Quam obrem  
 fratres mei per Christum, desperationem o-  
 mittamus: accedamus veræ Christianorum v-  
 nioni; agnoscamus peccata nostra, ne peiores  
 ludæis euadamus; neue falsa suasionem, malitia,  
 & præsumptione ita aures obstruamus, vt nec  
 audiamus, nec intelligamus. Audiamus Chri-  
 stum clamantem Apostolis, Qui vos audit, me  
 audit: & qui vos spernit, me spernit; qui vero  
 me spernit, spernit eum, qui misit me. Vere er-  
 go licet dicere, qui Papam audit, dominum au-  
 dit; qui vero papam non audit, dominum non  
 audit: qui vero dominum non audit, audit ca-  
 ptiuos & gladiis comminutos. Vidi & recte me  
 mini, cum interfuerim disputationibus cuius-  
 dam monachi Barlaam, quæ habitæ sunt Cō-  
 stantinopoli cum quodam legato Apostolico  
 de primaru Papa, vbi concludens legatus di-  
 cit: Ego quidem possum cunctas obiectiones  
 vestras diluere (non enim Christi Ecclesia &  
 præses illius summus pontifex misit hominem  
 qui nesciat vestris dubitationibus respondere)  
 sed vos semper in nugacibus verborum argu-  
 tis versamini. Quare mihi libet dicere tibi bre-  
 ue ac verum verbum; quod & aliis Græcis, mi-  
 hi iniunctum est dicere. hæc dicit papa: Si vo-  
 lueritis & audieritis me, bona terræ comed-  
 tis, secundum prophetam. Si vero nolueri-  
 tis, neque audieritis me, gladius vos deuorabit.  
 num pontificis os locutum est hæc? num ha-  
 bes huic quid contradicas? lege & expende, an  
 eueng-

Luc. 10.

Hoc dicit  
 propter ians  
 niz eos, qui  
 ex captiuis  
 eliguntur, et  
 circumcidã-  
 tur.

Hic monas-  
 chus Barlaam  
 fuit latinis  
 aduersiss. ceteris  
 scripta leguntur  
 in Vaticana  
 biblia  
 theca.

Esa. 1.



euenerit sicut ipse dixit. Si ergo euenit, debetis  
 imo vero potius necesse est illum audire: secun-  
 dum vero opera illius non facere, si mala fue-  
 rint. Ita & nobis præcepit Dominus: Super ca-  
 thedram Moysis sederunt scribæ & Pharisei; om-  
 nia quæcunque dixerint vobis facere, facite,  
 secundum vero opera illorum nolite facere.  
 Quando ergo & hic super cathedra Petri sedet,  
 debemus ipsum tanquam Petrum audire, & im-  
 mitari sermones eius; opera vero non imitari si  
 praua sint. Ita vos sancti docent, ita leges & ca-  
 nones clamant, vt antea demonsttrauimus, &  
 paulo post etiam demonstrabimus. Nunc de-  
 tegere volumus quod vos intus aduersus Papam,  
 ac latinos iniuste cõtineteis. dicitur enim quod  
 propter peccatum illum vitatis. at hoc verum  
 non est, sed causas quæritis fratres parum veras.  
 maledixit enim vobis, & vos inuenit excom-  
 municatio; delerique funditus estis. sed alius  
 est morbus, ex quo ægrotat intus anima vestra,  
 vt antea exposuimus. non audentes palam di-  
 cere, ne forte cunctis hæreticis peiores vocemi-  
 ni, & sitis cogniti apud omnes; magisque vul-  
 tis mandere sub dentibus. Sed aliud quid est,  
 quod labiis premitis. quidam tamen adeo stoli-  
 di sunt, qui aperte latinos hæreticos esse di-  
 cunt: & Papam præter ceteros omnes. ideoque  
 vnionem refugitis, neque Papæ memoriam atti-  
 dere; neque qui vnionem ex vestris sacerdoti-  
 bus amplectuntur videre sustinetis; neque qui  
 cum ipsis communicant omnino pro Christianis

*De videt gra-  
 corum quorū-  
 dam stolidi-  
 tatē qui Pa-  
 pam & Latin-  
 os heretico-  
 eos dicunt*

nis habetis. & si forte contingit vt in aliquod incurratis, quod vos Papæ commonefaciat, panem oblationis non accipitis: sed furis agimini, ac dentibus aduersus ipsos sacerdotes saeuissime infrenditis, & Iudæis deteriores esse putatis. hæc igitur proferre reformidantes, vt irâ quorundam declinetis, ad apertum integumentum strenue confugitis, & aduersus veritatem pugnatis, de asini umbra (vt fertur) decertantes.

## SECTIO XVI.

**A**T nos in præcedentibus, quos antea edidimus quatuor libris, multa de iis eisdem tractauimus, veritatem pro viribus aperte prædicantes, Latinosque in dogmatibus orthodoxos esse liquido ostendimus, & falsis eos premi calumniis egregie demonstrauimus, & in hoc quinto profecto non pauca attulimus, scilicet Pontificem esse Petri successorem, & Vicarium Saluatoris nostri Iesu Christi comprobando; eumque solum obtinere potestatem omnem, Ecclesiâ absolute dirigendi & gubernandi, ligandi & soluendi, redarguendi, benedicendi, maledicendi, corrigendi, ac medendi; solumque illum habere facultatē de fide & sacerdotio exquirendi. Nā statim magn<sup>o</sup> Theodor<sup>o</sup> Studites in epistola ad Paschalē Papā hæc inquit: Audi Apostolicū caput à Deo electe, pastor ouium Christi, clauiger regni calorū, petra fidei, per quam ædificata est catholica Ecclesia.

*Ex epi. Theodor<sup>o</sup> Studites ad Paschalē Papam.*

Nam

*Pfal. 30.*

Nam tu es petrus petri sedem exornans, & gubernans. & post quædam: Huc ades, ab occidente exurge, & ne repellas in finem: tibi namque dixit Christus Deus noster; & tu quandoque conuersus confirma fratres tuos. Audire quomodo appellat pontificem magnus hic pater Petrum, & clauigerum vitæ æternæ, & pastorem, & Apostolicum caput? rogatque ut Constantinopoli subsidium ferat, propter eorum hæreses, qui imagines oppugnabant. Vnde nam hoc? non ob aliud aliquid, nisi quia illi habebat potestatem cæteras Ecclesias confirmandi, tanquam qui omnibus hæresibus superior esset; longeque positus esset ab omni procella hæreticorum. Huius rei ipsemet testis est in epistola ad paschalem dicens: Vos igitur vere illimis fons, ac sincerus iam inde à principio veræ fidei. vos ab omni hæreticorum procella longe positi: securus totius Ecclesiæ portus. vos à Deo electa ciuitas ad salutis refugium. Intelligis quo pacto securum portum appellat totius Ecclesiæ, Romanum pontificem? ad quem ut nauigia ab undis in medio maris agitata in portum perfugiunt, ne foris relicta à fluctibus atque æstu mergantur: sic & omnes Ecclesiæ ab hæreticis tanquam à fluctibus vexatæ ad Romanum pontificem, veluti ad portum salutis confugiunt, vbi tranquillitatem & quietem omnem nanciscantur. nam eo loci fidei clauis Christus apud Petrum Apostolum deposuit, ut Ecclesiam totam pasceret atque gubernaret.

*Ex Epist. ad  
Paschalem  
eiusdē Theodosii,  
qui floruit anno  
820.*

nec apud illum tantum, sed etiam apud eius  
 successores, ipsi dicens, & tu aliquando conuer-  
 sus, confirma fratres tuos, quæ quidem non so-  
 li Petro contigerunt, sed & eius successoribus.  
 Nam Siluester magnus Papa Romanus post  
 baptismum Constantini, Arij hæresim abole-  
 uit, & in eadem Vrbe Liberius, ac Iulius Atha-  
 nasium confirmarunt, & Alexandriam remi-  
 serunt, cum ab Arianis persecutionem patere-  
 tur. Damasus Papa Eunomij hæresim Con-  
 stantinopolitani Patriarchæ funditus sustulit.  
 dius Celestinus impij Nestorij & Constanti-  
 nopolitani Patriarchæ hæresim per Cyrillum  
 Thegorum deleuit. Leo sanctissimus sacrile-  
 gam Eutythis & Dioscori hæresim damnauit.  
 Martinus & Agathon Monothelitarum sceler-  
 tam hæresim verbo & operibus sustulerunt.  
 Gregorius magnus Dialogus impietatem eo-  
 rum qui imagines oppugnabant, anathemati  
 subiecit. deinde post inobedientiam & schis-  
 ma, Nicolaus primus ipsemet Constantinopo-  
 lim profectus est Phorij tempore, vt tolleret  
 schisma: quem cum non recepissent, excom-  
 municationi ab eo suppositi sunt. Post hunc  
 summi Pontifices per temporum vices non de-  
 stiterunt scribere & hortari Græcos ad Ecclesiæ  
 conuersionem & obedientiam, quousque coa-  
 cta est synodus apud Lugdunum, quam Græci  
 octauam vocant, cuius auctor extitit Gregorius  
 Papa decimus, & vnio est subsecuta. Sed iterum  
 defecerunt, & iterum Legatos Ecclesiæ recepe-  
 runt.

*Siluester I.  
 Liberius  
 Iulius. Vide  
 hist. trip. l.  
 4. cap. 19.*

*Damasus. Eno-  
 nomius, vel  
 vt alij Ma-  
 cedonius.*

*Celestinus de  
 quo Theodo-  
 retus & Pla-  
 tina. Vide Ni-  
 colaum Papam  
 in epist. ad  
 Michaelem  
 Imper.*

*Martinus I.  
 Agatho. Pla-  
 tina in eius  
 vita.*

*Gregorius I.  
 Nicolaus I.*

*Synodus Constantinopolitana de qua Gregorius Nicophorus lib. 5.*

runt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum Papæ legatis, Ioannis Becci temporibus Constantinopolitani Patriarchæ, & vnionem amplexi sunt; ad breue tempus, obedientiam ostendentes & pacem. sed postea rursus ad suum & primum vomitum reuerterunt. Sed nec rursus defatigati sunt Ecclesiæ catholicæ præfides, eos ad obedientiam & pacem excitare. at illi cum semel obsurduissent, non paruerunt. protracta est igitur res vsque ad nos, aspeximusque nostris oculis, quod multi ante nos Patriarchæ & reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatiss. Eugenium. IIII. Romanæ ecclesiæ pontificem summum quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis & sumptibus, vt hoc magnum vulnus sanaretur; celebrataque est synodus ingens atque admirabilis Ferrariæ & Florentiæ insignibus Italiæ vrbibus; magna doctorum & sapientum virorum frequentia, & theologiæ scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sancitum est omni sapientia & veritate conspicuum; quod vbique est promulgatum, & ab omnibus gentibus receptum. Græci vero, & ex illis qui peioris sunt conditionis, vulgares quidam homines & indocti huic contradicunt. ac si quis rationis particeps decreto contradicit, id non à doctrina proficiscitur, sed ab animi prauitate, falsa & stulta præsumptione, & gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur. quod quidem decretum, & nos in manus firmantes

*Synodus Florentina sub Eugenio 4. 1438.*

mentes perlegimus omni studio; idque toto ex animo verum esse credentes, adorauimus atque amplexati sumus. vnde sumministrata est nobis materia respondendi quinque articulis, qui in eo continentur; quorum extrem<sup>o</sup> hic est de Papæ primatu, quem nemo mentis compos poterit pernegare.

## SECTIO XVII.



**A**T non recte sentiti inquit; quia præter communes patrum & doctorū sententias ea perscripsit. Si ergo illa diuina sedes non recte sentit, mentitur Christus cum dicit, cælum & terra transibunt, verba autem mea nunquā transibunt. is enim Ecclesiæ pollicitus est se cū ea fore, & portas inferi nō præualituras aduersus eā. Ideo ne Christi mendacem efficiam<sup>o</sup> (quod si vel cogitetur solum, est blasphemia) inerrantem Dei ecclesiam esse dicimus. quam rem testificabitur rursus ipse Theodorus Studites ad Michaelē Imperatorem scribens ex persona omnium præpositorum hoc pacto: Cum nos in vnum conuenissemus venerabilis Imperij vestri iussu, minimi Episcopi & præpositi, post pauca dicit; nos diluim<sup>o</sup> omnes dubitationes vestras. Si vero aliquid dubitare, vel non credere videtur vestra diuina magnificentia, ei<sup>o</sup> rei explicatio à Pontifice pie est postulāda. magna & à Deo firmata

*Ex epistola  
Theodori  
Studite ad  
Michaelē  
Imper. hunc  
Studitem mi  
re laudat hi  
storia eccles  
iastica. repe  
ritur græce  
scripta eius  
vita apud  
quosdam*

manus vestra, vt publicæ cupida vtilitatis, iu-  
 beat à veteri Roma capere declarationem; vt à  
 principio à patribus nostris est traditum: ea ò  
 Christi imitator Imperator inter omnes Ec-  
 clesias Dei, summum & supremum obtinet lo-  
 cum, cuius Petrus tenuit primam sedem, ad  
 quem dicit Dominus; Tu es Petrus & super  
 hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &  
 portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

*Eiusdem ex  
 Epistola ad  
 Naucratium.*

& iterum idem in alia epistola ad Naucratium,  
 cuius principiū est, Non implebitur auris mea,  
 à vocibus auditionis, inquit, testor nunc co-  
 ram Deo & hominibus, diuisi sunt à corpore  
 Christi, & à suprema sede, apud quam Christus  
 deposuit clauēs fidei: aduersus quam portæ in-  
 feri à sæculo nō præualuerunt, nec præualebunt  
 vsq; ad consummationē eius, hæreticorū vide-  
 licet effrænata ora, secundum promissionē ve-  
 racis dñi. Audis quo pacto ea est caput Ecclesiæ  
 Christi, cuius Petrus est primus præses: & quod  
 nunquam præualuerunt, neque præualebunt  
 vsque ad consummationem sæculi, hæretico-  
 rum effrænata ora, secundum promissionem  
 veracis Saluatoris? Si ergo nunquam præua-  
 luerunt hæretici aduersus Christi Ecclesiam,  
 quomodo audetis dicere eam errare? quæ iner-  
 rans à doctoribus prædicatur. Id etiam osten-  
 ditur in tertia sancta synodo, in qua allatis ab  
 Apostolica sede literis, Arcadius Episcopus  
 cum surrexisset ad synodum, dixit. Iubeat ve-  
 stra beatitudo Reuerendissimi Patres allatas ad  
 vos

*Ex iij. synod.  
 i. Ephesina.*

vos literas sancti & cum adoratione vocati  
 Cælestini Papæ Apostolicæ sedis Episcopi, legi:  
 ex quibus percipere poterit vestra beatitudo,  
 quanto studio prosequitur omnes Ecclesias.  
 eadem & horum similia Proiectus Episcopus  
 protulit. Et paulo post Cyrillus Alexandria  
 dixit: literæ acceptæ à sanctissimo Apostolicæ  
 sedis Episcopo Romano Cælestino cum decen-  
 ti honore legantur. Audis Arcadium & Pro-  
 iectum, quod omnium Ecclesiarum curam ge-  
 rit Romanus Pontifex? ob quidnam aliud, ni-  
 si quia caput est omnium? Quod vero Cyril-  
 lus dicit, cum decenti honore legi quæ scripta  
 sunt à Cælestino, comprobauerunt Patres ape-  
 riendo capita sua, & reuerenter audiendo quæ  
 dicta sunt. In quarta verò sancta synodo, ut in *Ex Synodo*  
 titulo diuinę scripturę apparet, talia dicta sunt, *iii. Chalcedo.*  
 Ut beatissimus Episcopus Romanæ Urbis, cu-  
 ius sacerdotium super omnes antiquitas esse  
 voluit, potestatem & facultatem habet de fide  
 & sacerdotibus determinandi. Ergo quia de  
 fide & sacerdotibus determinandi facultatem  
 habet, merito caput & magistra omnium Chri-  
 sti Ecclesiarum in decreto scribitur, & à nobis  
 colitur & adoratur. atque omnis obedientia  
 & obseruantia ei à nobis exhibetur & exhibe-  
 bitur, donec in hac vita permanebimus; recor-  
 dati illius qui dicit, obedite prepositis vestris  
 & subditi estote, ipsi enim vigilant pro anima- *Ad Heb. 13.*  
 bus vestris, ut rationem redditori, & meminisse  
 eius nunquam cessabimus in sacris missarum



precibus secundum sanctorum nostrorum traditiones: ne impiorum erroribus obsecundantes, à firmitate orthodoxæ fidei excidamus, pro comperto habentes, quod qui ipsi non subicitur, nunquam saluabitur. simili modo, & qui eius non meminit, neque sacerdos est neque sacerdotis meretur habere potestatem, vt xlii.

Canon Synod.  
c. 134.

Canon primæ & secundæ synodi aperte testatur: habet enim ad verbum sic: Hæreticarum zizaniarum semina in Christi Ecclesiam spargens aduersarius, & videns has gladio spiritus radicitus euelli: alia via aggressus est assumpta secum schismaticorum insania, Christi corpus diuidere. Sed & has insidias sancta synod<sup>o</sup> anticipans, vndecumq; decreuit in posterum, vt si quis presbyter, vel diacon<sup>o</sup> tanquã ob aliquod delictum suum despiciens Episcopum, ante synodalem cognitionem, & causæ disquisitionem ab eius communione deficere ausus fuerit, & nominis eius in sacris missarum precibus secundum Ecclesiæ traditionem non meminerit, hunc depositioni subijci, & sacerdotali omni honore priuari. qui enim in presbyteriorum ordine est constitutus, & metropolitanorum præuenit iudicium, & ante iudicium ( quantum in se est ) condemnat suum patrem & Episcopum, hic neque presbyteri dignus est honore, nec nomine. & qui hos sequuntur, si qui fuerint ex constitutis in sacris ordinibus, & ipsi suis dignitatibus excidant: Monachi vero, vel laici expellantur penitus ab Ecclesia, donec relicta cum

eum schismaticis coniunctione ad suū Episcopum reuertantur. Nonne ex hoc loco deprehēdis, quod sacerdotes sacerdotio abdicat, neque sacerdotis nomen vult obtinere, qui mentionē non faciunt primatus eorum; eorumque sectatores, & si qui sacris sunt ordinibus insigniti profanos iubet esse? qui in sacris non sunt, cuiuscumque sint conditionis, excommunicat. Resipiscite tandem fratres per Deum, resipiscite: nec amplius tā aperte veritati obstitatis, nec aduersus pastores animarū vestrarū decertetis. durū est em̄, imo vero fatui & dementis, nudis pedibus aduersus stimulū calcitrare. nam quē admodū oua lapidibus, sic & capita vestra, Ecclesia confringuntur: lapis nanq; & petra scandali est Ecclesia. & Christus ipse illi se similem facit. beatus Paulus ita scribit. bibebant enim de spiritali consequenti eos petra; petra autē erat Christus. hic est lapis de monte virginali abscissus. Christus vero ad petrum. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam, & reliqua, vt sapius dictū est. Ecce igitur ostensum est quod petra & lapis Christi est Ecclesia; qui igitur in eam impingit, lux in eo nō est; sed qui seruat præcepta eius nō impingit, vera luce quę in ipso est illumināte, quę illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. lux em̄ veritas est & cognitio; ac illuminātur ab ea qui volunt, & manet in ea. Sed qui nolūt obtēperare, insipientiæ tenebræ corū oculos obtegunt, & impingunt, & cōteruntur, ac tandē exterminātur,

Matt. 21.

1. Cor. 10.

Daniel. vi.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

& responsum ferent, quod præcepit dominus, quod oues meæ, meam vocem audiunt. quæ vero meæ non sunt, vocem meam non audiunt; & lupus rapit & dispergit eas. ita eueniet, & rationalibus ouibus, quæ vocem pastoris non audiunt; impingent enim & labentur in hæreses, absurditates & schismata.

### SECTIO XVIII.



VOD vero non possit decipi, vel errare, vel confringi, vel perire Ecclesia; imo vero id euenire iis qui eam oppugnant, ostensum est antea multis egregiis argumentationibus. nunc efficacius quodammodo per sacrum Chrysostomum aureæ tubæ diuinum Ioannem audiamus ex oratione in pentecosten, cuius principium. Cælum hodie nobis facta est terra. dicit enim ibi post alia multa sic: Magno studio incumbit Deus in Ecclesiam, non parietibus fultam, sed gratia custoditam, propter Ecclesiam constitutum est Cælum; terra firmata est, & mare effusum, & aër repletus, paradysus est plantatus, lex tradita, missi prophetae, miracula facta sunt. mare diuidebatur, & resarciebatur, petrae scindebantur, & rursus iungebantur, manna de Cælo descendebat, & ex tempore mensa disponebatur. propter Ecclesiam Prophetae, propter Ecclesiam Apostoli. At cur tam multa? propter Ecclesiam vnigenitus Dei filius, filius hominis factus est,

*Ex Chrysost.  
quod omnia  
propter Ec-  
clesiam fecit  
Deus.*

vt Paulus ait, qui proprio filio non pepercit, vt  
 Ecclesie parceret, filij sui sanguinem effudit,  
 propter Ecclesiam. hic sanguis irrigat illam. per  
 eum non possunt illius plantæ tabescere, neque  
 folia decidere. non est obnoxia temporū neces-  
 sarijs vicibus, neq; tempori inseruit. æstate qui-  
 dem folijs vernat, hyeme vero non nudatur. nō  
 enim temporum necessitates, sed gratia spiritus  
 eam colit. propterea non euellitur; neque mirū  
 est eam non euelli. Quot iam inde à principio  
 aduersus Ecclesiam bellum gesserunt, cum erat  
 planta recens, arma aduersus eā sunt expedita?  
 at nunc Dei gratia & sancti spiritus robore, &  
 Imperator est pius, & milites, & omnis terra  
 fide est repleta. at in origine eius, in exordio,  
 reges impij, milites irreligiosi ob iussa princi-  
 pum. aræ ardebant: vndique fumus & nidor.  
 aër inquinabatur, dæmones bacchabantur,  
 diabolus saltabat, pater filium abdicabat, filius  
 patrem non colebat. natura scindebatur & reli-  
 gione. vbi igitur qui ausi sunt aduersus Eccle-  
 siam in acie stare? Cum erat planta recens, nō  
 tamen iniuriam passa est: cum Cœlum attin-  
 git, speras illam posse debellare? quando vnde-  
 cim erant apostoli, à nemine superati sunt: im-  
 mo vero vndecim, tot millia Ecclesiarum sunt  
 expiscati. nunc cum terra & mare, culta & in-  
 habitabilis, regio & vrbs, & omnes fines reli-  
 gione referti sunt, tunc speras ei dominari? at  
 tu non potes. Christus dixit, quod portæ inferi  
 nō præualebunt aduersus eā. facilius est cœlum

deleri, & terram exterminari, quam ecclesiam  
 extingui. Quis hæc dicit? ipse Christus. Cœ-  
 lum & terra transibunt, verba autem mea nun-  
 quam transibunt, & recte, nam Dei verbum i-  
 pso cœlo est potentius, quia cœlum est opus  
 verbi. dixit Deus, fiat cœlum, & verbum fuit  
 opus. excurrebat natura nemine impediente,  
 quoniam ipse Dominus est natura, & eam im-  
 mutandi. ego eam substruxi, qui cœlum con-  
 stitui, sed pro cœlo sanguinem non effudi, pro  
 cœlo cruci non fui affixus. pro cœlo cœleste cor-  
 pus non assumpsi. sed quid dico de cœlo? ange-  
 lorū corpus non assumpsi: vt intelligas me ec-  
 clesiā magis æstimare, quam cœlum & terram,  
 & omnem creaturam. & ideo cœlum & terra  
 transibunt, verba autem mea nunquam tran-  
 sibunt. facilius est cœlum aboleri & terram ex-  
 tingui, quam mea verba interciderere. Qualia  
 sint verba eius in medium deducamus. videam-  
 us an interciderint. non reuoco ego in du-  
 bium, sed hæreticis os obstruo. qualia sunt ver-  
 ba? Cœlum & terra transibunt, verba autem  
 mea nunquam transibunt. quale verbum? Tu  
 es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ec-  
 clesiam meam, & portæ inferi non præuale-  
 bunt aduersus eam. super hanc petram dixit,  
 non in Petro. non enim super hominem, sed  
 super fidē Petri Ecclesiam suam fundauit. quid  
 autem erat fides? Tu es Christus filius Dei viui.  
 petram vocauit Ecclesiam vñdas excipientem,  
 sed non concussam: Ecclesia namque suscipit  
 ten-

tentationes; at non superatur. Quid ergo est  
 super petram? id est super confessionem Petri,  
 non super opes. Non lapides iacis? non ligna?  
 non spicula? nequaquam dicit. non enim est  
 sensibilis structura. hæc quæliacunq; sint, tem-  
 pore dilabuntur. confessionem vero neq; da-  
 mones possunt superare. restatur martyres, qui  
 latus perfossi, fidem non amiserunt. ô rem ad-  
 mirabile, murus foditur, & thesaurus non diri-  
 pitur, caro absumitur, & fides non consumitur.  
 ea est martyrû vis. super petram edificabo Ec-  
 clesiam meam, & portæ inferi nō preualebunt  
 aduersus eam. attendite sedulo, eos vocat por-  
 tas inferi, qui mortem pariunt. quid igitur? in  
 infernum intrabit, si in discrimen venerit? uti-  
 que. nam ut portæ Urbis sunt ingress<sup>o</sup> in Urbem,  
 sic portæ inferni, ingressus ad mortem. cur, in-  
 quit tentationes non prohibes? nequaquam. ut  
 ostendam vires meas. si nemo eam oppugnari,  
 possunt respondere: nam si fuisset oppugnata,  
 fuisset utique & expugnata. propterea eam per-  
 mitto oppugnari, ne propugnatorum solitudi-  
 ni, victoriæ titulus inscribatur. & portæ inferi  
 non dixit non aggredientur eam. quid ergo? op-  
 pugnabitur quidē, sed nō superabitur. fluctuat  
 Ecclesia, sed nō mergitur, sed non petit profun-  
 dum. excipit tela, sed non admittit vulnera. ex-  
 cipit machinas, sed turris non quassatur. Sed  
 quid dico Ecclesiam? vnū verbū piscator locut<sup>9</sup>  
 est, et turris stetit inconcussa. quot tyranni co-  
 nati sunt hoc verbū abolere, nec potuerunt?

*Interpres. La-  
 tinus alium  
 codicem se-  
 cutus est.*

super petram eam fundata est. Cogita quot tyran-  
 ni, quot Reges diademate redimiti, enses acuti,  
 ferarum dentes, mortes imminentes, sarragi-  
 nes, fornaces. & pharetram suam exhaustit dia-  
 bolus, & Ecclesiam non obfuit, qua nam de causa?  
 quia portae inferi non praeualebunt aduersus  
 eam. ipsa res testimonium perhibet. testatur  
 euentus experientia. quot bellum gesserunt, nun-  
 euicerunt? sed qui bellum gesserunt, silentio  
 transiguntur & obliuioni mandantur, Eccle-  
 sia vero floret. vbi Claudius? vbi Augustus?  
 vbi Tiberius? nuda sunt nomina; eorum me-  
 minit nemo. nam postquam Ecclesiam oppu-  
 gnarunt, memoria eorum deleta est: & Ecclesia  
 super solem refulget. Audisti verba doctoris  
 & theologum patrem hunc? scilicet quod Eccle-  
 siae oppugnatores abolentur & obliuioni man-  
 dantur: Ecclesia vero floret; & contorquent qui-  
 dem tela pugnatores, at ipsi vulnerantur. cur  
 nam haec? quia Christus ipsam firmavit, Chri-  
 stus ipsam suo redemit sanguine, per quem cae-  
 lum firmatum est, terra fundata. Domini enim  
 verbo dicit Dauid, caeli firmati sunt, & spiritu  
 oris eius omnis virtus eorum. igitur verbo quo  
 firmavit caelum, firmavit Ecclesiam suam di-  
 cens, super hanc petram aedificabo Ecclesiam  
 meam. quam petram? solidam fidei confessio-  
 nem Petri piscatoris; quae firmata manet in-  
 concussa, & immota, & inexpugnabilis; quem-  
 admodum & caelum stat & permanet vi verbi.

Ideo

Ideo in cælo & in terra Ecclesia Dei honorabilis & sancta est. imo vero secundum aureorum verborum & sermonum patrem hunc, cælo & angelis & omni creatura præstâtior est. Ideo & subijcit Christus dicens, cælum & terra transibunt, verba auté mea nunquam transibunt. id est, facilius est cælum & terram & omnia concuti, quam Ecclesiam meam: incurSIONES hæretici facient, at non præualebunt. in petram impingét capita sua & dispergentur, quia super petrá fundata Ecclesia est. propterea Ecclesia tâquâ petra manebit inconcussa, secunda fiducia Christus dixit. nã qui à principio suę prædicationis eã oppugnauerunt, deleti sunt, & memoria eorum cum sonitu periit: Ecclesia vero vernat & refulget super solé. vbi Reges qui in eam defæuerunt? vbi principes? vbi hæretici? vbi Arius & Eunomius? vbi Nestorius & Dioscorus? vbi Seuerus & Eutyches? vbi qui præcesserunt, & qui postea subsécuti sunt omnes? nonne perierunt? nonne extincti sunt? sed Ecclesia tunc & nunc, & semper est, vsque ad sæculi consummationem & finem.

*Deus magis diligit Ecclesiam, quam cælum. Sapient.*

4.11.

*Horum hæreticorum nomina passim leguntur in historia ecclesiastica. & apud Gratian. ca.*

24.9.4.

## SECTIO XIX.



**O**T igitur & egregiis rebus expositis ex mellifluis sacri doctoris sermonibus: æquum est, quod illi dum oraret euenit, cum omni reuerentia commemorare. Sic enim inuenimus scriptum in eius vita,



Ex Metas  
phraſte viſio  
Ioannis Chry  
ſoſtomi.

vita quam Metaphraſtes enarrat, cuius initium  
& omnium qui ſecundum Deum in hac vita ver-  
ſati ſunt, poſt multa ait: Cum is noctu in ora-  
tione perſtaret, ſe obtulit quædam diuina reſ-  
, & ſublimior, quam vt oculis cerni poſſet: &  
, quemadmodum rem in medium proponere  
, lingua vix audeat, ita & audire nouum videa-  
, tur. itaque nouum quiddam, & horrore plenum  
, audiſſe. ceterum animaduertendum quod huius  
, narrationi, æque miſta ſunt timor & lætitia  
, duo quidam viri alba amiſti veſte, aſpectu hor-  
, riſico viſi ſunt ei de celo deſcendere, huicque  
, præclaro viro dum oraret in conſpectum ve-  
, niſſe. quorum alter volumen, alter clauis ma-  
, nibus continere videbatur. cumque Ioannes  
, hanc nouam ſpeciem miraretur, timore eſſe  
, correptum: hos vero manibus apprehenſum e-  
, rexiffe & metum abſterſiſſe, bonoq; animo eum  
, eſſe iuſſiſſe. percontanti quinquam eſſent ij viri  
, tanta præditi gloria, qui accedere ad ſe digna-  
, ti eſſent; ne timeas, eos dixiſſe: nos venimus à  
, Chriſto miſſi. alterum poſtea manu protenſa  
, volumen tradidiſſe, dicentem, ſume librum.  
, nam ego ſum Ioannes cui ſapientia Dei pectus  
, tradidit, in quod & recumbere voluit, quæ qui-  
, dem te & per nos ad ſcripturas pernoscendas  
, idoneum reddet, & te quaſi manu ducet ad eius  
, cognitionem. alterum vero manu extenſa, ſu-  
, me dixiſſe, has clauis, meque Petrum eſſe ſci-  
, to, cui Deus clauis in manus tradidit. quem  
, nunc, per me, crede te eadem gratia qua me par-  
ticipem

cipem facere. quare quaecunque ligaueris vel  
 solueris super terram, erunt ea ligata vel solu-  
 ta & in caelis. Nonne deprehendis ex his, alte-  
 rum vna cum munere scripturas facile inter-  
 pretandi, & harum intelligentiam à datore fa-  
 cipientiae adiunxisse? alterum vero vna cum fa-  
 cultate soluendi & ligandi & intelligendi, in-  
 iunxisse, & pie in Iesum Christum Dei filium  
 per eum credendi? Credite in posterum quod  
 sine obediētia erga Petrum, saluari non pote-  
 stis. & iure quidem, nam is est porta salutis. qui  
 per eum in cognitionem fidei non ingreditur,  
 id est vt eum agnoscat esse Christi Vicarium, nō  
 poterit vnquam salutem consequi. nā vt Chri-  
 stus inquit, ego sum ostium, qui non intrat per Ioan. 10.  
 ostium, sed aliunde ascensum parat, fur est &  
 latro. Ita & Petrus eius successor dicit; qui non  
 credit per me filium inuisibilis Dei & Patris in  
 carne genitum, qui passus est & resurrexit, & cē-  
 tera dispensationis mysteria, hic haereticus est;  
 & saluari nullo vnquam tempore poterit. Hac  
 igitur & talia tenentes, quorum referta sunt o-  
 mnes doctorum scripturae, ecclesiae subiicimur  
 in eaque permanemus, & in obedientia eius  
 persistere in omnia saecula deprecamur; vt pro-  
 pitium Deum nanciscamur in tremenda die  
 retributionis. fiat. fiat.

## SECTIO XX.

**A**M quoad eius fieri potuit præsti-  
 timus, quod polliciti sumus, allata  
 ad quinque articulos responsione,  
 qui in decreto Florentinæ Synodi  
 continentur. Conscripsimus vero hæc à com-  
 munibus patribus ac doctoribus desumpta ma-  
 teria; quos Ecclesia sanctos esse decernit, illo-  
 rum vestigiis insistendo, & qui hæc literis theo-  
 logicis mandauerunt & tradiderunt ut veraces  
 suscipiendo, quibus Ephesius Marcus non va-  
 lens in synodo contradicere, & sui incertus cer-  
 tamen detrectauit. Perfecimus autem hoc opus  
 multo labore ac studio. propterea omnes qui  
 hæc perlegerint, oro ne dolose & cum præsum-  
 ptione, aut proprio affectu inducti, percurrant,  
 sed sincera dispositione adhibita suam con-  
 scientiã iudicẽ dictis præfician. arbitror enim  
 eum qui hac conditione ad legendum accesserit,  
 à morbo se vindicaturum; magnamq; gra-  
 tiam habiturum ei, qui hæc edidit & elabora-  
 uit, cum hanc commentationem ex multis lo-  
 cis collegerim & coagmentarim. Exantlaui-  
 mus vero hunc laborem ut dominus scit, qui  
 occulta cognoscit, non gloriam aucupando  
 temporariam, neq; opũ cõparandarum gratia;  
 sed pura & pia mente pro virili veritati patro-  
 cinari exoptantes. quæ quidem iis, qui aperte  
 sanctis contradicere nolunt, liquido est demõ-  
 strata. & ea præterea de causã hoc opus aggressi  
 sumus, ut qui horum studiorum sunt ignari, &  
 tamen de hoc dogmate ambigunt, nequaquam  
 am-

*Marcus Es-  
 phesi Episco-  
 pus Ecclesie  
 Rom. perpe-  
 tuus hostis.*

amplius excusationē afferre possint, se sententias & dicta sanctorū plane ignorare. Ideo æquū mihi visum est volumen hoc rerum contexere, & respiscere aliquādo volentibus, veluti sumptuosum quoddam conuiuium apponere. Ecclesiā vero sponsa immaculata nullas sordes, vel rugas admittens; sole lucidior denuo apparebit, vt fuit, & est, & erit; quanquam disrumpan- tur qui contra sentiunt. nam semper extitit extra errorem, neque diuersas opiniones prædica- uit: sed easdem illas, quas à diuino ore salua- toris accepit. Rogo vos iterum ô charissimi, vt hæc cum charitate legatis, & spiritu fidei: ac si vera & iusta visa fuerint, ijs assentiāmini. si vero contra, confutetis, & scriptis editis rationes af- feratis: vt & nos ijs perpenis sententiam no- stram cum charitate dicamus, retractantes no- stra, vel delentes. spero igitur Deo fîsus, qui pa- cis est pater, vos his rationibus suosos veritati cessuros, animi candorem & obedientiam Deo præstando, mutuoq; accipiendo paracleti gra- tiam & prudentiam: nam eo concedente nulla mutatio, vel imminutio pij & patrij spiritus consequetur; neque orthodoxa veritas immi- nuitur. absit: malo enim millies mori, quam suadere vos, vt tantillū quidem à vera fide de- clinetis. Respiscite rogo fratres, respiscite, quandiu vos in hac falsa suasione perdurabitis? quandiu si non utroque, altero tamen pede claudicabitis? excitemini segnes, qui humi re- pitis exurgatis, ne dum vos malum somnum

S

stertitis.

*Cantic. 4.*

*Græcā Ec-  
clesiam. 1.  
antiquā idē  
sentire cum  
Romana o-  
pinatur Gē-  
nadius.*

stertitis, facile inimicus disseminet discordia  
 zizaniam. tollatur paries qui dirimit sepem,  
 siamus vnū corpus sub eodem capite; est autem  
 caput ipse Christus. quē vt magistrum ac vita  
 datorem pie & pura conscientia sequendo, co-  
 gnoscemus Deum & patrem eius: à quo ab æ-  
 terno sine tempore, sine defluxu & sine passio-  
 ne est genitus, sanctissimumque & viuifican-  
 tem eius spiritum à patre, tanquam à producto-  
 re ab æterno, & à principio productum, & pro-  
 cedentem. & per eum emanantem, & scaturien-  
 tem essentialiter & subsistenter, & prodeuntem  
 & editum, vnam increatam potentiam & sine  
 fine regnum, immortalem vitam & beatitu-  
 dinem, quam vtinam omnes consequamur;  
 & foueas delabamur, & in loca, quæ non aspi-  
 cit lux vultus Domini nostri, & Saluatoris no-  
 stri Iesu Christi, cui gloria & victoria  
 in sæcula sæculorum.

Amen.

F I N I S.



INDEX

# INDEX RERVM ET SENTENTIA- RVM.



**A**CACII Con-  
stantinopoli-  
tani patriar-  
cha ad Petrum Antio-  
chenum monitio. 233.  
Accipere in Deo quid  
sit, & quomodo intel-  
ligatur. 6. 7. 9. 11. 67.  
Adumbrata legis vete-  
ris à Christo in aliam  
formam cōmutata. 95.  
Estas pro futura vita in  
historia Epulonis ac-  
cipitur. 119.  
Agapetus Papa Anthi-  
mum Trapezuntium  
hereticū sede deicit.  
230.  
Agatho Papa Monothe-  
litarum haeresim sustu-  
lit. 145.  
Agni, & vituli sacri-  
ficij effectus. 92.  
Alexandriae primus pō-  
tifex Marc<sup>o</sup>. 203. 210.

Alexandrinae sedi, &  
aliis Romana praefere-  
tur. 131. 202. 210.  
230. 232.  
Alexandriae patriarcha  
Athanasius. 261. Cy-  
rillus. 20. 235.  
Alexandro Papae Impe-  
rator se subijcit. 215.  
Ambrosij & eius scri-  
ptorū comprobatio. 56.  
Ambrosio laus à Basilio  
tributa. 50.  
Ambrosij locus de pro-  
cessione Spiritus san-  
cti. 51.  
Amphilochij, & eius o-  
perū approbatio. 63.  
Anacleti Papae locus de  
primatu Papae. 209.  
211.  
Anastasius à Synai mō-  
te nominatus. 32. 179.  
fuit discipulus S. Ma-  
ximi. 222. 230.

INDEX.

- Anastasius & eius scripta comprobantur.* 63.  
*Anastasiy locus de processione Spiritus sancti.* 32. *de animarum statu post mortē.* 175. *de primat. Papæ.* 230.  
*Anatolius Constantinopolitanus patriarcha ab heretico electus à Papa permittitur, & cur.* 230.  
*Andreas protocler<sup>o</sup> Constantinopolitanae Ecclesiae praefuit.* 208.  
*Andreae Cretæ Archiepiscopi locus de fruitione sanctorum.* 180.  
*Andreae, Nestorij, & aliorum hereticorum scripta dānantur.* 25.  
*Angelorū ordo de caelo lapsus, replendus.* 186.  
*Anima est in corpore ut forma, et homo constat corpore & anima.* 184.  
*Anima cum sit immortalis perfecte suscipit beatitudinem.* 184.  
*Animæ nunc ante diem resurrectionis aut in caelo, aut in purgatorio aut in inferis sunt.* 121. 164. 165.  
*Animas nunc esse beatitas in caelo probatur.* 5. 121. 140. 154. 160. 161. 162. 163.  
*Vide Sanctorū animas in caelo post aduentum Christi.* 169.  
*Animæ iustorum fruuntur visione Dei.* 157. *vsque ad pag.* 193.  
*Animæ iustorum die iudicij corporis beatitudinem consequentur.* 168.  
*Animabus iustorū quæ sunt in caelo, viuorum suffragiis non est opus.* 140.  
*Animarum purgatorij esse, & eis viuorum prodesse suffragia probatur.* 114. 117. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. *Vide Purgatorium.*  
*Animæ in purgatorio existētes quid & quantum*

INDEX.

à viuis capiant e-  
 rum post iudiciū erit  
 lumentis. 130. 157.  
 perfecta, & sine sine  
 Animabus quæ sunt in  
 punitio. 123.  
 purgatorio quam uti-  
 Antiochia Petri sedes  
 oblatio sacræ ho-  
 primum fuit, deinde  
 mæ. 143.  
 Romã translata. 210.  
 Anima purgatorij igne  
 Antiochia præses Igna-  
 talis efficienda. 147.  
 tius. 208. 231.  
 Animarum in inferno  
 Antioch. sedi & aliis  
 damnationem esse pro-  
 Romana præponitur.  
 natur. 4. 119. 121.  
 202. 210. 230. 231.  
 125. 136. 138. 139.  
 Antonij sancti laus, vi-  
 141. 171. 179. 180.  
 sio, & fruitio. 154. 177.  
 Vide Inferno.  
 Apollinaris hæresis quæ.  
 Animabus post mortem  
 195.  
 non est pœnitentiæ lo-  
 Apostolorum, & suc-  
 cus. 119.  
 cessorum potestas ea-  
 Animabus quæ sine fru-  
 dem. 3. 45.  
 ctu pœnitentiæ deces-  
 Apostolorum constitu-  
 serint, nulla utilitas  
 tiones de commemora-  
 accedit. 120.  
 tione pro defunctis  
 Animæ quæ, cur, et quã-  
 127. 138.  
 do sint inferno damna-  
 Apostolis potestas à  
 te. 4. 121.  
 Christo tradita. 197.  
 Animabus damnatorū  
 Apostoli debebant ha-  
 consulere est insanire  
 bere caput, & ideo i-  
 136. 138. 139.  
 psis præficitur Petrus.  
 Animarū damnatarum  
 1. 2. 199.  
 pena quæ, & qualis  
 sit. 116.  
 Animarum damnata-

rum post iudiciū erit  
 perfecta, & sine sine  
 punitio. 123.  
 Antiochia Petri sedes  
 primum fuit, deinde  
 Romã translata. 210.  
 Antiochia præses Igna-  
 tius. 208. 231.  
 Antioch. sedi & aliis  
 Romana præponitur.  
 202. 210. 230. 231.  
 Antonij sancti laus, vi-  
 sio, & fruitio. 154. 177.  
 Apollinaris hæresis quæ.  
 195.  
 Apostolorum, & suc-  
 cessorum potestas ea-  
 dem. 3. 45.  
 Apostolorum constitu-  
 tiones de commemora-  
 tione pro defunctis  
 127. 138.  
 Apostolis potestas à  
 Christo tradita. 197.  
 Apostoli debebant ha-  
 bere caput, & ideo i-  
 psis præficitur Petrus.  
 1. 2. 199.  
 Apostolorum principis  
 Petri successor Roma-  
 nus Pontifex. 197.



INDEX.

- Apostolorū præses Petrus, & Apostoli aliorum.* 197. 199.
- Apostoli terrarum orbis magistri constituuntur.* 197.
- Apostoli in azymo, & fermentato sacrificarunt.* 100.
- Apostolorū capita quæta venerationi sint.* 233.
- Aque stilla in historia Epulonis pro penitentia sumitur.* 119.
- Arcadio, & Eudoxie Imperatoribus litteræ scribuntur ab Innocentio pro Chrysostomo* 217.
- Arcadij Episcopi reverentia in Rom. Pont.* 260.
- Arij hæresis à Siluestro Papa sublata.* 28. 273.
- Ario, et Macedonio deterioribus qui sint.* 125.
- Arsacij & eius sectæ Episcopi deponi iubentur.* 219.
- Asina, & Balaam scoto mediis vititur* 242.
- Athanasius, & eius præta comprobantur.*
- Athanasius ad Iulianum papam confugit.* 242.
- à Liberio, & Iuliano Alexandriam revertitur.* 257.
- Athanasij locus de processione Spiritus sancti.* 32. 37. 41. 47. 73. de purgatione suffragiis 130. de statu inistorū & damnatorū post mortē. 169.
- Athanasius & eius frater* 173.
- Audire in divinis quibus sit.* 6. 111.
- Augustæ preces quantum profuerint viro suo Theophilo.* 134.
- Augustini laus.* 63.
- Augustinum non recipiens anathematizatur.* 119.
- Augustini locus de processione Spiritus sancti.* 50. 54. 56. 60.
- Azymum*

INDEX.

- Azymum* & fermentatum, quid significant. 111.
- Azymo* pane apud Latinos & in fermentato apud Græcos conficitur sacramentum. 2.77.78. & cur. 111.
- Azymus* & fermentatus intelligitur, dicendo panem simpliciter. 106.
- Azymo* vel in fermentato sacrificari Christus non curavit. 93. 100. neque Apostoli. 100. neque Ecclesia. 80. 111.
- Azymum* fuisse, nõ fermentatũ, in quo Christus sacrificavit, probatur. 80. 108.
- Azyma* apud Hebræos initio paschatis incipiebant. 86. 108.
- Azymis* coeptis fermentatum habere nemini licebat. 86. 108.
- B**
- B**alaam scelestus, & asina medicis est etiam Deus operatus. 242.
- Baptismus, & qui ante, & post ipsum salvati sint. 117.
- Baptisma est unũ. 222.
- Baptismus quibus verbis conficiatur. 101.
- Baptismo ablati nulla deinde contracta macula in cælum recipiuntur. 117.
- Baptizare in aqua, Spiritu sancto, & igne quid sit. 147.
- Baptizandi facultas à Christo tradita. 197.
- Barbamlatinis sacerdotibus tondendi mos. 208. 240.
- Barlaam monachi disputatio de primatu Papæ. 257.
- Basilij, & eius scriptorum approbatio. 62.
- Basilij locus de processione Spiritus sancti 16. 18. 45. 65. de dictione Per & Ex. 21. de pane sacramentali. 80.
- Basilij

INDEX.

- Basilij fruitio & beati-  
tudo.* 171.  
*Beatitudinis loc<sup>o</sup> quib<sup>9</sup>  
sit assignatus.* 115.  
*Beatitudinem à die exi-  
tus & ante iudicij diē  
consequuntur sancti.*  
3. 121. 159.  
*Beatitudo post vniuer-  
salem resurrectionem  
erit in anima & in cor-  
pore.* 168. 181. 190.  
*Beatitudo sanctorū cur  
nūc perfecta, & imper-  
fecta dici soleat.* 181.  
*Beatitudinē consequu-  
ti vinorum suffragiis  
non egent.* 119.  
*Beatitudinē Israelitā in  
hoc seculo esse puta-  
runt.* 190.  
*Beatitudo cōsistit in vi-  
sione Dei.* 160.  
*Beatitudine nunc frui  
sanctorum animas in  
cælo probatur aucto-  
ritate, vel exēplo A-  
nastasij.* 179. *Andree  
Archiepiscopi Cretæ.*  
181. *Antonij.* 179.  
*Athanasij.* 169. *Cli-  
maci.* 179. *Chrysosto-*
- mi.* 162. *Damasceni.*  
169. 173. 175. *Eccle-  
siae græcæ precum &  
institutorum.* 169. *E-  
saie* 168. *Florentini  
Concilij* 3. 114. *Gre-  
gorij Nazianzeni.*  
162. 186. *Gregorij  
Nysseni.* 162. *Grego-  
rij Papæ.* 121. 139.  
164. *Iob.* 167. *Ioan-  
nis euangelistæ.* 164.  
167. 169. *Lucae euan-  
gelistæ.* 164. 177.  
*Bessarion Nicænus Car-  
dinalis de primatu  
Petri.* in epist. prima.
- C
- C**ælestini Papæ lit-  
teræ in Ephesina  
Synodo. 260.  
*Cælestinus Papa Nesto-  
rij hæresim deleuit.*  
257.  
*Callisti Papæ locus de  
primatu Papæ.* 211.  
*Canendi modi vsitati in  
Ecclesia, sanctorum  
fruitionem testantur.*  
97. 170. 171.  
*Cathedra Petri prima-*  
tus

INDEX.

- tus. 195. 199. in ea se-  
 cet. Romanus Ponti-  
 fex. 253.  
 Cathedra Petri Antio-  
 chia Romam trāslata.  
 210.  
 Cathedra Petri, in qua  
 Papa sedet, est Iesu,  
 & Dei. 246.  
 Cathedra Moysis & qui  
 in ea sedent, audien-  
 di. 208. 244. 253.  
 Catholici qui sint. 163.  
 Cerei & olei vsus ad de-  
 functorum sepulchra.  
 132.  
 Cera, oleum, sacrificium  
 & eleemosyna quid  
 significent. 130.  
 Chalcedonense conciliū  
 sexcentorum triginta  
 patrum. 225.  
 Chalcedonensi concilio  
 litteræ à Leone Papa  
 missæ. 226.  
 Chalcedonensis concilij  
 decreta vt seruentur.  
 235.  
 Christus cur incarnatus.  
 161. cur mortuus 91.  
 93. 191. 193. cur re-  
 surrexit. 191. cur le-  
 gem & pascha He-  
 braeorū seruauit. 36.  
 39. 91. 97. cur insti-  
 tuit Eucharistie sacra-  
 mentū. 88. in infernū  
 descendit, patres libe-  
 rauit, paradysum do-  
 nauit. 30. 117. 179.  
 Christus in paschate sa-  
 cramentū instituit sui  
 corporis. 88. 89. 91.  
 Christus in mysterio sa-  
 cramenti non curauit  
 azymum esset, an fer-  
 mentatum. 93. 100.  
 Christi corpus in azymo,  
 & fermentato confi-  
 citur. 77. 93.  
 Christi corpus vt confi-  
 ciatur, quæ requiran-  
 tur. 77. 100.  
 Christi corpus non nisi  
 in pane triticeo, &  
 vino vitis conficien-  
 dum. 30.  
 Christi corpus in pane,  
 & vino confici legi-  
 tur, non facta mentio-  
 ne azymi & fermenta-  
 ti. 30.

INDEX.

- Christi corpus licet varie apud Latinos, & Græcos conficiatur, vnum & idem est. 79.
- Christus in alymo sacrificasse colligitur. 30. 34. 37. 93. 104.
- Christi verborum vis, & potestas. 102. 104. 213.
- Christi verbis panis, & vinum, in corpus, & sanguinem transmutantur. 100. 104.
- Christi corporis sacrificij effectus. 91.
- Christus veterem legem tulit. 39. impleuit & seruauit. 34. 36. 95. 97.
- Christus suo aduentu quid sit in veteri lege operatus. 93.
- Christus quanti fecit humanam salutem. 91.
- Christus ecclesie sue sponsus & aduocatus semper adest. 3.
- Christus à se spiritum sanctum procedere ostendit. 30.
- Christus cur insufflatus in discipulos. 30. 48. 52. 54. 60. cur eos interrogauit. 195.
- Christus quã Petro potestatem facit. 195 & aliis apostolis. 197.
- Christus voluit ecclesiam non esse sine capite, & ordine. 197.
- Christus apostolis Petrum patrem, & magistrum constituit. 197.
- Christi Vicarius Rom. Pontifex. 3. 195. 238. 243. 255.
- Christi omniu pastor Petrus. 255.
- Christus honoratur, & contemnitur, si sacerdos honoretur, aut contemnatur. 244.
- Christi signum maxime refulget in Rom. Ecclesia. 238.
- Christus vniuersalis resurrectionis primogenitus. 191.
- Christi in carne presentiam negantium haeresis. 206. 232. *item di-*

INDEX.

- dicentiū non esse vo-  
candum Dei filium.  
233.
- Christianis impænitentibus grauior erit pœna, quam iis qui Deū non nouerunt. 138.
- Christianorum omnium pater, & magister Romanus Pontifex. 195.
- Claues regni cœlorū Petrus & successores habent. 213. 255. 257. 259.
- Clericorū Romanæ Ecclesiæ facultates. 202.
- Clericorum communiantium cum Arcadio, & Eudoxia depositio. 219.
- Coena & Pascha an sint idem. 86. 89.
- Columba in Christum descensus quomodo intelligatur. 33.
- Commemoratio uiuorū pro defunctis in precibus, & sacrificiis quā utilis. 128. 130.
- Commemorationis sanctorū oblectatio apud nos 192.
- Conciliū Chalcedonense. 226. 233. 235. Constantinopolitanum 211. 231. 233. Constantiense. 25. Ephesinum. 261. Ephesinū hereticorum. 224. Florentinum. 3. 4. 5. 8. 9. 74. 76. 78. 80. Lugdunense. 257. Nicenum. 16. 201. 235. Sardicens. 230.
- Concilium primum. 19. secundum. 148. tertium. 22. quartum. 63. quintum. 25. sextum. 25. 32. 62. 36. septimum. 25. octauū. 253. Vide suis locis.
- Conciliacōgregandi potestas penes Papam. 215.
- Constantinopolitanum concilium de consubstantialitate. 233.
- Constantinopolitanum concilium de Romana et Constantinopolitana sede. 211.
- Constantinus Imperator totam Italiam, seu occidentales

INDEX.

- cidentales regiones Ecclesiæ, Siluestro Pa-  
 pe & successoribus elargitur. 205. 206.*  
*Constantinus Imperator stratoris fungens of-  
 ficio, Siluestri equi frenum tenet. 205.*  
*Constantinus Imperator indumenta & orna-  
 menta imperialia Sil-  
 uestro tradit. 205.  
 206.*  
*Constantinus Imperator ad orientales se trans-  
 fert. 116.*  
*Constantinus Imperator de suo nomine ciuita-  
 tem ædificare propo-  
 nit. 204.*  
*Constantini Imperato-  
 ris obedientia, reue-  
 rentia, & humilitas in Siluestrum. 215.*  
*Constantino Dragasi Imperatori litteræ à Nicolao v. missæ. 25.  
 34. fuit parū Ecclesiæ fidus. in epist. nuncup.*  
*Constantinopolitana se-  
 des prima post Roma-  
 nam. 217. postponi-  
 tur Rom. 202. 210.  
 230. 231.*  
*Constantinopolitani Pa-  
 triarchæ nomen mu-  
 tandi mos in vita.*  
*Constantinopolitani Ar-  
 chiepiscopi, seu Pa-  
 triarchæ, Andreas a-  
 postolus. 208. Aca-  
 cius. 132. Anatolius Trapezuntius, sed ob  
 hæresim sede deiecitur.  
 230. Arsacius heret-  
 icus qui fuit deposi-  
 tus post mortem. 219.  
 Chrysostomus. 217.  
 Epiphanius. 113. 220.  
 Gennadius in sua vi-  
 ta. Ioan. Beccus. 258.  
 Nestorius hereticus.  
 257. Tarasius. 37.*  
*Constantinopolis detri-  
 mentum ob mortem  
 Chrysostomi. 217.*  
*Constantinopolis cur, et  
 quando capta. 249.  
 251.*  
*Constantinopolis exci-  
 dium à Nicolao v.  
 predicatur. 249.*  
Con-

INDEX.

- Constantinopolis exci-  
dij, & populationis  
deploratio. 251.
- Constantinopolis cala-  
mitatum caussa quæ.  
253.
- Constantinopoli dispu-  
tatio habita de pri-  
matu Papæ. 253.
- Constitutionum Apo-  
stolorum testimonia  
de suffragiis pro de-  
functis. 49. de purga-  
torio. 50.
- Corporum resurrectio-  
nem Ezechiel vaticini-  
natur. 188.
- Creaturarii vnum prin-  
cipium pater, filius &  
spiritus sanctus. 61.  
71.
- Creaturarum non est  
prodire ex Deo natu-  
ra. 65.
- Credere in patrem, in  
filium, & in spiritum  
sanctum, cur dicatur.  
21.
- Credendo intelligitur.  
93.
- Crucifixus pro nobis vel  
propter nos, verba in  
trisagio ab heretico  
addita, quid operata  
sint. 233.
- Cucussum Armenia op-  
pidum Chrysostomus  
relegatus. 233.
- Cypriani locus de Ca-  
thedra Petri. 211. de  
primatu Papæ. 212.  
de concilio Carthagi-  
nensi. 222. de operi-  
bus hereticorū. 223.
- Cypriani beatiudo.  
164.
- Cyriaci beatitudo. 171.
- Cyrillus, Thegorus, A-  
lexandria Archiepi-  
scopus. 19. 235.
- Cyrilli & eius scripto-  
rum comprobatio.  
19. 235.
- Cyrilli locus de proces-  
sione Spiritus sancti.  
10. 16. 19. 30. 39.  
43. 45. de primatu,  
& potestate Papæ.  
235.
- Cyrillus contra Nesto-  
rium. 257.

Cyrilli



I N D E X.

- Cyrilli reuerentia in Roma pontificem.* 261.
- Cyrilli scripta contra Theodorum, Nestoriũ & alios non recipientes excommunicantur.* 26.
- Cyrilli fruitio, & beatitudo.* 171.
- D**
- D** *Amasus Papa quo tẽpore viguit.* 43.
- Damasi Papæ locus de processione Spiritus sancti.* 49.
- Damnati neq; precibus neq; sacrificiis adiuari debent, aut possunt.* 117. 132. 136. 153.
- David ob necessitatem cum non esset sacerdos propositionis panes comedit.* 103.
- Decretum locus de excommunicatis.* 21.
- Decretum Constantini Imperatoris de donatione facta Ecclesie.* 291.
- Decretum de primatu*
- Papæ.* 102. *Anacleti.* 210. 212. *Callisti.* 212. *Constantinopolitane Synodi.* 212. *Gregorij.* 212. *Leonis.* 210. *Marcelli.* 210. *Pelagij.* 211.
- Defuncti omnes in vnâ ex tribus classibus abeunt.* 115.
- Defunctorum anime in purgatorio existentes vinorum iuuantur suffragiis.* 6. 125.
- Demetrius sanctus, & eius beatitudo.* 171.
- Desiderio desiderauit Pa-scha & c. quid significat.* 92.
- Deus vnus pater, & filius & Spiritus sanctus.* 52.
- Deus essentialiter vnus, personaliter trinus.* 56.
- Deus est simplicissimus & nil habet compositi.* 66.
- Deus cum non sit compositus, quidquid habet est essentia.* 9. 67.
- Deus*

INDEX.

- Deus in se nil habet ad-  
uentitium & præter  
naturam. 65.
- Deus fecit omnia pro-  
pter hominem. 132.  
propter Ecclesiã. 264.
- Deus cur venit in mun-  
dum, & cur mortuus.  
132.
- Deus est summum bo-  
num. 160. 175. lux nõ  
occidens. 175.
- Dei visio est fruitio &  
beatitudo. 161. 179.
- Dei visione nulla maior  
oblectatio. 166. nullũ  
maius bonum. 177.
- Deo assistere est finis  
beatitudinis. 177..  
178.
- Dei cathedra est aposto-  
lica sedes. 246.
- Dei nuncius est sacer-  
dos. 242.
- Deus contemnitur &  
honoratur, si sacerdos  
contemnat. & hono-  
retur. 243.
- Deo quam sunt accepta  
quæ pro defunctis  
sunt. 152.
- Deorum multiplicitatẽ  
inuehentium hæresis.  
233.
- Dei mater potius quam  
Christi cur Maria di-  
catur. 73.
- Dies apud Hebræos vn-  
de numerabatur. 82.
- Die parasceue, & quar-  
ta feria latini oleo &  
piscib<sup>9</sup> vescuntur. 208.
- Dionysij loc<sup>9</sup> de proces-  
sione Spiritus sancti.  
73. de vinorũ suffra-  
giis pro mortuis. 125.
- Dionysius patriarcha  
Alexandrinus hære-  
ticus. 215. 224.
- Dionysius hæreticus à  
Leone Papa damna-  
tus. 230. 257.
- Diuitis Epulonis histo-  
ria. 119. 128. alia si-  
milis. 128.
- Doctor & magister non  
iudicandus. 244.
- Doctorũ Ecclesiæ aucto-  
ritas quãta & vnde. 5.
- Doctorũ Ecclesiæ sentẽ-  
tias non recipientes a-  
nathematizantur. 64.
- Do-

INDEX.

Doctorem orientalium  
 & occidentalium cō-  
 cordia in processione  
 Spiritus sancti. 63.  
 Dominici sancti ordo  
 & regula. 240.

E

**E**cclesia sine capite,  
 & ordine esse nō  
 potest. 196. 197.  
 Ecclesia Romana Ec-  
 clesiarum caput. 97.  
 206. 219. 260. prin-  
 cept. 202. 210. 260.  
 Monarcha. 209. pro-  
 batur. 224.  
 Ecclesiam Romanam  
 non habere pro capi-  
 te, schismaticum est.  
 211.  
 Ecclesie Romanae caput  
 Petrus, & successor  
 Romanus Pontifex.  
 6. 215. 261. 274. præ-  
 ses, & princeps. 201.  
 214. magister. 215.  
 261.  
 Ecclesia est vna. 223.  
 & quomodo. 234. Ro-  
 mana, & orientalis,  
 & vnā fidem, &  
 religionē proficitur.  
 3. 273.  
 Ecclesia nec errat, nec  
 errare potest. 78. 113.  
 125. 179. 219. 259.  
 261. 264. 274.  
 Ecclesie religio incul-  
 pata. 220. 273.  
 Ecclesia & Petro &  
 successoribus à Chri-  
 sto cōmissa. 213. 224.  
 257.  
 Ecclesia Romana à Chri-  
 sto fundata 211. pri-  
 matum accepit. 110.  
 211. principatus sa-  
 cerdotum & religio-  
 nis caput constituta.  
 206. in ea Christus  
 Petrum tenere ca-  
 thedram iussit. 203.  
 Ecclesia Romana super  
 quod fundata sit.  
 223. 232. 260.  
 266.  
 Ecclesie semper adest  
 sponsus & aduoca-  
 tus Christus. 6. 113.  
 260. 266.

I N D E X.

*Ecclesie portæ inferi nõ  
præualebunt. 6. 214  
266. 268.*

*Ecclesia quomodo sit  
solida petra. 6. 165.  
264.*

*Ecclesie causa quot, &  
quãta fecerit De<sup>o</sup>. 264.*

*Ecclesia sine, nulla est  
spes salutis. 6. 113.  
nulla etiam ecclesie  
aduersantibus. 110.  
113.*

*Ecclesie quantus ha-  
bendus honor. 185.*

*Ecclesie cur conuenit es-  
se diuiti. 207. 208.*

*Ecclesia sanguine Chri-  
sti redempta. 213.  
268.*

*Ecclesias cõfirmandi, di-  
rigendi & gubernan-  
di potestas penes sum-  
mũ Pont. 227. 235.  
256.*

*Ecclesie omnes à Roma-  
na capiunt auctori-  
tatem. 236. 157.*

*Ecclesia alia præter lati-  
nam, & græcã non est.  
253.*

*Ecclesia quã profitemur  
in simbolo nõ est alia  
quam Romana. 225.*

*Ecclesie Romanæ iura  
auferre est hæreticum.  
211. 213.*

*Ecclesia Rom. Pont. eam  
non sequentes damna-  
re. 97.*

*Ecclesie Romanæ religio  
fides, & potestas. 203.  
249.*

*Ecclesiam Rom. in omni-  
bus Græcæ præstare  
demonstratur. 238.*

*Ecclesie Romanæ sacer-  
dotes quantopere ve-  
nerentur à populis.  
237.*

*Ecclesie Romanæ enco-  
mium. 238.*

*Ecclesie Romanæ quæ  
sunt à Constantino do-  
nata. 204.*

*Ecclesie Romanæ Cleri-  
ci quibus vti possint  
indumentis. 204.*

*Ecclesia Romana in azy-  
mo & Græca in ferme-  
tato sacrificat. 97. &  
cur. 112.*

- Ecclesia nullum arbitratum discrimen inter azymum, & fermentatum.* 112.
- Ecclesie dogmata, & scripturarum rectitudo ab schismaticis pervertuntur.* 28.
- Ecclesia cognoscenda qualis nam sit.* 237.
- Ecclesia orientalis quanti faciat Gregorium Papam.* 48. 112.
- Ecclesie catholice dogma de processione Spiritus sancti, 5. de azymo, & fermentato.* 5. 77. 97. de sanctorum fructione. 6. 167. 161. 175. vsque ad 181. de purgatorio & suffragiis. 6. 125. 132. 154. de summo pont. 6. 195.
- Ecclesia non permittit pro damnatis, & beatis precari.* 117.
- Ecclesia cur suscipit tentationes.* 265.
- Eccles. oppugnatur, sed non expugnatur.* 263.
- Ecclesia floret & eius oppugnatores abolentur.* 268.
- Ecclesie oppugnationes quae & quot.* 267.
- Ecclesie traditio de orationibus pro praesentibus.* 272.
- Elcemosynae vinorum quam utiles defunctis.* 130.
- Ephesiushaereticus. Vide Marcus.*
- Ephesina synodus a Dioscoro coacta, a Leone Papa disiecta.* 227.
- Epiphanius Constanti-nopolitanus patriarcha.* 226.
- Epiphanius Cypri Archiepiscopi locus de processione Spiritus sancti.* 53. de damnatis. 119.
- Esse vel essetia est quidquid est in Deo, & de Deo dicitur.* 99.
- Est verbi, vis & potestas.* 53.
- Eucharistiae sacramentum quae requirat.* 77. 78. 102. 104.

INDEX.

- Eucharistiæ sacramenti  
 materia, & forma quæ.  
 100. 102.  
 Eucharistiæ in sacramē-  
 to verba à Christo pro-  
 lata quid significant.  
 101.  
 Eucharistiæ sacramen-  
 tum non nisi à sacer-  
 dote conficitur. 102.  
 Eucharistiæ sacramenti  
 effectus. 104.  
 Eucharistiæ sacramentū  
 Vide Christi corpus.  
 Eudoxia sancta, & eius  
 beatitudo. 179.  
 Eudoxiæ & Arcadio  
 Imperatoribus litteræ  
 ab Innocentio Papa  
 pro Chrysostomo scri-  
 ptæ. 199.  
 Eudoxia Imperatrix Da-  
 lila comparatur. 217.  
 Eugenij Papæ & Paleo-  
 logi Imperatoris cura  
 Florentinum Conci-  
 lium congregatū. 74.  
 259.  
 Eugenij Papæ studium  
 & expensæ in Florē-  
 tinū concilium. 259.  
 Eumenius sanctus & ei⁹  
 fruitio. 179.  
 Eutyches hæreticus. 50.  
 221. 235. 289. da-  
 mnatus à Leone Papa.  
 226.  
 Eutychiani Monachi  
 hæretici. 226.  
 Eutychus sanctus & ei⁹  
 fruitio. 278.  
 Eunomij hæresis circa  
 processionem Spiritus  
 sancti. 73. damnata à  
 Damaso Papa. 257.  
 Ex, & Per, dictiones  
 quid significant. 19.  
 21. 73.  
 Ex prepositio in patre,  
 & Per in filio quoad  
 processionem spiritus  
 sancti cur ponatur. 23.  
 72.  
 Ex & per dictiones in  
 processione spiritus  
 sancti reformidantur  
 à Theodoro. 25.  
 Ezechiel propheta re-  
 surrectionem mortuorum  
 vaticinatur. 388.

INDEX.

F

**F**ermentum & azy-  
mum quid signi-  
ficent. 111.

Fermentum cur tolli iu-  
betur. 97.

Fermentū Hebraeis per  
dies paschatis habere  
non licebat. 88. 108.

Fermento apud Græcos,  
& in azy-mo apud La-  
tinos sacramentum cō-  
ficitur. 5. 78. 78. &  
cur. 112.

Ferrariæ, & Florentiæ  
concilium celebratū.  
256.

Fides, & religio Rom.  
Ecclesiæ quanta. 238.

Fides non constat syllo-  
gismis. 6.

Fidei confessio, quam  
summi pontifices in as-  
sumptione tenent. 48.

missa à Damaso Pa-  
pa ad Antiochiæ Epi-  
scopum. 48. quæ est

apud Augustinū. 43.

apud Gregorium. 48.  
apud Hieronymū. 56.  
apud Hilarium. 34.

Figuralia, & mixtale-  
gis veteris sublata à  
Christo. 95.

Filius Dei est filius non  
gratia sed natura. 95.

Filio omnia dat pater  
præterquam esse pa-  
trem. 66. 28.

Filius à Patre habet, vt  
Deus sit, & Spiritus  
sanctus à se procedat.  
5. 11. 20. 52.

Filius insufflans in di-  
scipulos ostendit à se  
procedere Spiritum  
sanctum. 22. 30. 32.

52. 54. 60.  
Filius etiam est princi-  
pium, & causa spiri-  
tus sancti vt pater.

11. 17. 20.

Filius à patre est imme-  
diatè. 26.

Filius consideratur an-  
te spiritum sanctum  
ratione causæ. 20.

Filius spiritū sanctū nō  
participatione, sed es-  
sentialiter mittit. 32.

Filius quomodo exeat à  
patre. 50.

Filius

INDEX.

- Filius confors naturalium bonorum patris.* 30.  
*Filius non est a seipso, sed ab eo, a quo natus est.* 60.  
*Filius cur dixerit spiritum sanctum a patre procedere.* 53.  
*Filius est spiritus sanctus eodem modo, quo patris.* 11.  
*Filius mittebat spiritum sanctum superne ut Deus, recipiebat inferne ut homo.* 30.  
*Filius, ut se habet ad patrem, ita spiritus sanctus ad filium.* 45.  
*Filius proprium est esse genitum ex patre.* 60.  
*Filius fontem bonitatis pater fons bonitatis generat.* 59.  
*Filius fons bonitatis.* 60.  
*fons vitæ.* 62. 72.  
*fons spiritus sancti.* 60. 72. *lux lucis.* 62.  
*imago, operatio, verbum, & flagrantia patris.* 66. *verbum Dei.* 54. *veritas.* 12.  
*Florentia, & Ferraria concilium ab Eugenio iij. Papa celebratum.* 74. 259. & *Ioane Paleologo Imperatore.* 74.  
*Florentini concilij laus.* 259.  
*Florentini concilij hostis Ephesus declaratus.* 17.  
*Florentino concilio cur Græci contradicunt.* 82.  
*Florentini concilij decreta sunt secundum Doctorum Ecclesie sententiam.* 5.  
*Florent. concilij decretum de processione Spiritus sancti.* 5. 9. *de sacrificio in azymo, & fermentato.* 5. 76. 77. 100. *de purgatorio, & suffragijs.* 6. 76. 101. *de fruitione sanctorum.* 6. 76. 157. *de primatu Papæ.* 6. 75. 177. 259.  
*Florentinum Concilium feliciter confectum quæ Lugdunense in ann.*  
*Fons vitæ quid sit.* 61.



INDEX.

G

**G**eneratio, & paternitas sunt personæ paternæ constitutiua. 71.

Generatio filij quibus modis demonstratur. 34.

Gennadij laus in epist. 1.

Gennadij cur se ad scribendum appulerit. 6. 251.

Gennadius veritatem sibi sequendam proponit. 3. 74. 75.

Gennadius cur se latinis adiunxerit. 15. 75. & concilio subiecerit. 74.

Gennadius pro fide, & concilij articulis vsq; ad sanguinem se pugnaturum proficetur. 5. 76.

Gennadius asserit se patrum traditiones tenere. 78.

Gennadius tribus & triginta testibus vitur ad probandum processionē spiritus sancti. 47.

Gennadius aduersariorum obiectionibus circa processionem spiritus sancti respondet. 71.

Gennadij argumenta ad ostendēdū processionē spiritus sancti. 64.

Georgius Trapezuntius de primatu Petri epist. 1.

Georgij sancti fructus, & beatitudo. 171.

Græca & Latina sunt tantū ecclesia, reliquæ non. 234.

Græcorum & Latinorum unio in concilio Lugdunensi. 257.

Græcorum non est, sed Romana Ecclesia, quæ cōfitemur in symbolo. 234.

Græci non suos, sed Latinos præfules repræhendunt. 208. 241.

Græci in azymo pane, & Latini in fermentato sacrificant. 5. 74. & cur. 111.

Græcorum virtutum, morum, & potentia laus.

INDEX.

- laus. 249. 253. vi-  
tuperatio. 248.
- Græci excommunicati à  
Nicolao I. 248. 258.
- Græcorum calamitas &  
pernicijs prædicitur à  
Nicolao V. 248.
- Græcorū malorū, & ex-  
cidij caussa quæ. 258.
- Græcorum odium in La-  
tinos, & summū Pon-  
tificē. 208. 240. 148.  
251. in epist. 2.
- Græcorū colleg. à Greg.  
xiiij. institutū in ep. 1.
- Gregorij Papæ seu Dia-  
logi laus & venera-  
tio apud Græcos & La-  
tinos. 47. 111.
- Gregorij Papæ locus de  
processione spiritus san-  
cti. 47. 48. de azymo,  
& fermentato. 112. de  
statu animarū post mor-  
tem. 121. 119. 163.  
de suffragijs pro defun-  
ctis. 141. de purgato-  
rio. 143. 164. de frui-  
tione sanctorum. 121.  
239. 164. 268. de  
officio orium. 210.
- de sede apostolica, &  
Constantinop. ecclesia.  
211. contra oppugna-  
tores sanctorum ima-  
ginum. 256.
- Gregorij magnibeatitu-  
do & fruitio. 171.
- Gregorij Nazianzeni,  
seu Theologi locus de  
suffragijs pro defun-  
ctis. 125. de fruitio-  
ne sanctorum. 162.  
de superiori mundo re-  
plendo. 186. de statu  
principatus. 197. de  
primatu Papæ. 430.
- Gregorius Nyssen<sup>o</sup> ma-  
gni Basilij frater. 13.
- Gregorij Nysseni locus  
de processione spiritus  
sancti. 8. 9. 11. 13.  
18. 26. de suffragijs  
pro defunctis. 127. de  
fruitione sanctorum.  
162.
- Gregorius X. Lugdunā  
Synodum cogit. 257.
- Gregorij xiiij. laus. in e-  
pist. 1.

H

**H**eredibus cōmitte-  
re  
T 4

INDEX.

- re debet ut mortuū iu-  
 uent, qui sibi uiuens  
 non consuluit.* 120.  
*Hæreticorum mos in ad-  
 ulterandis, & combu-  
 rendis libris.* 11. 43.  
 78. 109. 169.  
*Hæreticū quid sit.* 211.  
 223.  
*Hæretici quicquid a-  
 gunt, inutile, & adul-  
 terinum est.* 222.  
*Hæreticorū ora per por-  
 tas inferi designantur.*  
 213. 263. 264.  
*Hæreticorū insania Iu-  
 stiniani edicto confu-  
 tatur.* 220.  
*Hæretici iudicio sedis a-  
 postolicæ, & summi  
 pontificis reprimun-  
 tur.* 217. 219.  
*Hæretici plures, An-  
 dreas.* 26. *Anthimus*  
*Trapezuntius.* 230.  
*Apollinaris.* 233. *A-*  
*rius.* 27. 45. 233.  
 269. *Dioscorus.* 216.  
 223. 230. 257. 268.  
 257. 269. *Eunomius.*  
 233. 257. 269. *Eu-*  
*tyches.* 50. 220. 235.  
 257. 269. *Eutychia-*  
*ni Monachi.* 226. *Iu-*  
*uenalis.* 226. 229.  
*Marcus Ephesus.* 11.  
 240. *Monothelita.*  
 269. *Nestorius.* 23.  
 26. 50. 19. 73. 220.  
 257. 269. *Petrus An-*  
*tiochenus.* 230. 233.  
 234. *Sabellius.* 68.  
*Seuerus.* 198. 266.  
*Theodoritus.* 23. 24.  
*Theodorus.* 25. *Val-*  
*entinus.* 235.  
*Hieronymi locus de pro-*  
*cessione spiritus san-*  
*cti.* 52.  
*Hierosolymitana eccle-*  
*præses Iacobus.* 208.  
*Hierosolymitanae & a-*  
*liis sedibus Romana*  
*anteponitur.* 210.  
 230. 231.  
*Hilarij scripta compro-*  
*bantur.* 53.  
*Hilarij locus de proces-*  
*sione spiritus sancti.* 43.  
*Historia de purgatorio*  
*apud diuum Grego-*  
*rium.* 142.

INDEX.

- Homo ex anima, vt forma, & corpore vt materia constat.* 185.
- Hominis caussa omnia à Deo facta sunt.* 132.
- Hormisda Papæ locus de processione spiritus sancti.* 48.
- Hostiæ sacræ oblatio quantopere conducatur animabus defunctorum.* 143.
- Hyems pro præsentivita accipitur in historia Epulonis.* 119.
- Hypocritæ proprium quid.* 242.
- I
- Iacobus apostolus primus Hierosolymorū hierarcha.* 80. 208.
- Ignatius Deifer Antiob. Ecclesiæ pont.* 208.
- Ignatius tertius ad Nicolai vt ad Petri successore confugit.* 226.
- Ignis purgatorius, & cōbustiuus, quid sit, & ad quid* 145.
- Imaginū sanctar. adoratio.* 143. & cule apud Roman. Eccles. 238.
- Imaginum sanctarū oppugnatores, heretici* 228. *damnati à Gregorio Papa.* 257.
- Imperatoris Constantini donatio.* 103.
- Imperatoris indumentum, & ornatus.* 202.
- Imp. palatium Lateranense cunctis præferatur.* 203.
- Imperator Rom. Pont. se subijcit.* 215.
- Imperator excommunicatur à Papa.* 216.
- Imperium à Constantino in orientē transfertur.* 204.
- Imperatorum proprium quid.* 45.
- Incarnatio Christi ad quid.* 260.
- Inferni descriptio.* 121.
- Inferno igni quæ animæ damnentur.* 121.
- Inferno igne à die exitus ex hac vita peccatores cōburūtur.* 121.
- Inferno animas iniquorum damnari probatur auctoritate, vel exempla*

INDEX.

- plo Anastasij. 279. Athanasij 170. Chry-*  
*sofomi. 139. Consti-*  
*tutionum Apostolorū.*  
*138. Damasc. 137.*  
*Epiphani. 138. Gre-*  
*gorij Papæ. 121. Gre-*  
*gorij Nazianze. 125.*  
*Luca. 138. Maximi.*  
*121. Psalmorū. 120.*  
*179.*  
*Inferni vinculis qui sint*  
*à Christo liberati. 118.*  
*Inferno damnati nec pos-*  
*sunt, nec debent adiu-*  
*uari. 122.*  
*Innocentius Papa Impe-*  
*ratorē cum vxore ex-*  
*communicat. 219.*  
*Innocentij Papæ litteræ*  
*pro Chrysofomo, & de*  
*potestate Papæ. 216.*  
*Ioannes Beccus Constan-*  
*tinopolitanus patriar-*  
*cha. 260.*  
*Ioannis Chrysof. laus,*  
*& nomen. 127. 217.*  
*visio. 270.*  
*Ioannis Chrysofomi, &*  
*eius scriptorum com-*  
*probatio. 63.*  
*Ioannes Chrysofom<sup>o</sup> Cō-*  
*stantinopolitanus Pa-*  
*triarcha. 219.*  
*Ioannis Chrysofomi in*  
*locum suffectus Ar-*  
*facius deponitur. 219.*  
*Ioannes Chrysofomus ex*  
*Constantinopoli in Cu-*  
*cussū relegatur. 217.*  
*Ioannes Chrysofom<sup>o</sup> ad*  
*summum pontificē per*  
*litteras cōfugit. 217.*  
*226.*  
*Ioannis Chrysofomi lo-*  
*cus de vi præpositio-*  
*num Per, & Ex. 21.*  
*23. de processione spi-*  
*ritus sancti. 30. 57.*  
*de pane in sacramento*  
*eucharistiæ. 80. de a-*  
*zymis. 92. de pascha-*  
*te. 86. 89. 91. de cœ-*  
*na formidabilissima.*  
*91. de fermentato*  
*98. de Eucharistiæ sa-*  
*cramēto. 102. de pur-*  
*gatorio, & suffragiis.*  
*127. 130. 132.*  
*147. de fruitione san-*  
*ctorum. 172. ne male-*  
*dicatur sacerdotibus.*  
*242. Ioannis*

INDEX.

- Ioannis Climaci locus de animarum statu post mortem.* 175.  
*Ioannis Damasceni locus de processione spiritus sancti.* 8. 9. 25. 71. de paschate. 90. de statu animarum post mortem. 115. de suffragiis pro defunctis. 123. de damnatis non adiuvandis. 136. de purgatorio. 145. de fruitione sanctorum. 170. 177. 179. de primatu Petri. 200. 213.  
*Ioannis euangelistae tonitruum filius vocatus.* 179. 200.  
*Ioannes euangelista locus de processione spiritus sancti.* 7. 8. 21. 30. 41. 45. 48. 59. 67. de generatione filij. 34. 48. de materia eucharistiae. 80. de adultera. 93. 240. de fruitione sanctorum. 162. 168. 179. de auctoritate apostolorum. 197. de scripturis sacris. 223. de Pastore & Ovili. 242. de tunica Christi. 233. de cacco à natiuitate. 240.  
*Ioannis Paleologi Imperatoris, & Eugenij Papae cura concilium Florentinum congregatum.* 76.  
*Ioannis Paleologi Imperatoris studium in Rom. Ecclesia. in vita Genn. Ioannicy sancti vita, & miracula.* 162.  
*Israelitae beatitudinem in hoc saeculo esse putarunt.* 190.  
*Israelitis mortuorum resurrectionem non credentibus Ezechiel vaticinatur.* 188. 190.  
*Italiae seu occidentaliun regionum loca Siluestro, & successoribus à Constantino donata.* 208.  
*Iuda proditore medius Deus etiam est operatus.* 224.

INDEX.

*Iudæi contēnentes Moysem, contempserunt Deum.* 242.

*Iudæus vocem scripturarum sine sensu percipit.* 225.

*Iudicij die in anima & in corpore erit beatitudo.* 168. 180. 190.

*Iulius Papa confirmat Athanasium & remittit in Alexandriam.* 257.

*Iustiniani Imp. litteræ ad Epiphanium.* 220.

*Iustiniani Imp. fides erga Ecclesiam.* 221.

*Iustinianus Imperator edictum contra hereticos promulgat.* 220.

*Iustinianus Imp. Rom. Pont. sacerdotum caput agnoscit.* 221.

*Iustiniani Imp. locus de primatu Papæ.* 223. 231.

*Iustino Im. litteræ ab Hormisdæ Papa missæ.* 49.

*Iuuenalis Hierosolymorum patriarcha hereticus à Leone Papa damnatus.* 226. 230.

L

**L** *Ateranense imperij palatium Siluestro, & successoribus à Constantino donatur.* 206. 208.

*Latini doct. dicētes spiritum sanctum esse ex patre, & filio, intelligunt tantum de vno principio.* 147.

*Latinorum vsus intondendo barbam, & in cibis vescendis.* 208. 240.

*Latina, & Græca tātum est Eccl.* 237. & vna, eiusdemquæ fidei. 40. 97. reliquæ synagoga. 227.

*Latinum nomen quam inuisum Græcis.* 240.

*Latronis historia de quo in euangelio.* 169. 195.

*Lazari, & diuitis epulonis historia.* 120. 128. alia similis. 128.

*Legati Papæ disputatio de primatu Papæ & dictum contra Græcos.* 253. Lex

INDEX.

- Lex vetus cōtinebat iudicia, moralia mystica, & adumbrata.* 94.
- Lex vetus à Christo respectiue fuit facta melior, aucta, abrogata, et immutata.* 93. 95.
- Lex vet<sup>o</sup> in paschate fermentatū habere prohibebat.* 88. 95. 108.
- Lex vetus quando iubeat immolari pascha.* 99.
- Legis veteris se latorem in mysterio corporis sui Christus ostendit.* 89.
- Legis veteris pascha à Christo peractū, et cur.* 89.
- Legis veteris adimplendæ & seruandæ auctor Christus.* 97.
- Leonis Impera. testimonium de primatu Papæ.* 199.
- Leo Papa.* 500. prope annos post Petrum fuit. 226.
- Leonis Papæ laus.* 63. 257.
- Leonis Papæ scripta cōprobantur.* 63.
- Leonis Papæ locus de processione spiritus sancti.* 50. de primatu Papæ. 210.
- Leo Papa Eutichis & Dioscori hæresim damnauit.* 257. contra Ephesinam synodum à Dioscoro coactā. 208.
- Leonis Papæ litteræ ad Calcedonensem Synodum & ad Marcianū Imperatorem.* 226.
- Leonis epistolæ non subscribentes vt hæretici à sancta synodo declarantur.* 227.
- Librorum adulteratores, hæretici.* 42. 78. 109. 169.
- Libri de precib<sup>9</sup>, qui leguntur in ecclesia, sanctorum animas esse in cælo testantur.* 170.
- Lorum in capite summi pontificis resurrectionem significat.* 223.
- Lucas euangelista actorum Apostolorū scriptor.* 190. 101.
- Lucæ euangelistæ locus de*



INDEX.

- de generatione filij. *Macedonius Hereticus.*  
 33. de cœna Domini. 215.  
 81. 86. de lege. 84. *Mameti sancti fruitio*  
 de diebus paschatis. & beatitudo. 177.  
 106. de purgatorio. *Mahomethis in Græcos*  
 138. 149. de frui- imperium quale, &  
 tione sanctorum. 164. quantum. 210.  
 190. de repromissio- *Mahomethis in potesta-*  
 ne. 191. de premio te totus oriens. 237.  
 apostolorum. 197. de *Marcelli Papæ locus de*  
 primatu Papæ. 179. primatu Papæ. 210.  
 de nunciatione virgi- *Marciano Imp. literæ à*  
 nis. 233. de reueren- Leone Papa missæ.  
 tia in principes. 244. 230.  
 de ficu sterili. 249. de *Marcus euangelist. Pe-*  
 sacerdotibus. 253. tri apost. discipulus.  
*Lucifer & Eusebius ad* 210.  
*pacificandam Eccle-*  
*siam Cesareæ cappa-*  
*dociæ mittuntur.* 230.  
*Lugduni octaua Syno-*  
*dus à Gregorio X coa-*  
*cta, & eius effectus.*  
 257.  
*Lugdunensis Synodus*  
*(non ita feliciter, vt*  
*Florentina transacta.*  
*in annot.*
- M
- M** *Acarij historia de*  
*fructu orationis*  
*promortuis.* 129.
- Marcus*

INDEX.

- Marcus Ephesi episcopus hereticus.* 164.  
*Romanæ Ecclesiæ infensus.* 270.  
*Marcus Ephesius ne accederet ad synodum Florentinā morbum simulavit.* 15.  
*Marcus Ephesius synodum evitans responsiones in quadam sessione edidit.* 17.  
*Marci Ephesij fraus in libris adulterinis adducendis contra sanctorum patrum auctoritates.* 17.  
*Marci Ephesij hæresis circa processionem spiritus sancti.* 17. circa fruitionem sanctorum & damnationem peccatorum. 164.  
*Marcus Ephesius à sacra synodo resiliit.* 183.  
*Synodi hostis declaratus.* 16.  
*Marcus Ephesius sibi ipsi repugnat.* 165.  
*Maria virgo cur Dei mater potius appellatur quam Christi.* 73.  
*Mariæ virginitatem negantium hæresis.* 234.  
*Martinus & Agatho Monothelitarum hæresim substulerunt.* 260.  
*Martini Papæ laus* 228. 231.  
*Martinus Papa etiam ab ecclesia græca pro sancto colitur.* 229.  
*Matthæi euangelistæ locus, Ero vobiscum, &c. declaratur.* 224.  
*Matthæi euangelistæ locus de Ecclesia.* 6. 164. de processione spiritus sancti. 20. de phariseis. 42. de azymis. 80. de paschate. 83. de lege. 84. de Antichristo, & tempore iudicij. 156. de primatu Papæ. 196. 199. de potestate Apost. de potestate Christi. 209. de successoribus Petrine iudicemus. 240. 243. de hypocrita. 243.  
*Martyrum, & sanctorum premium beatitudo.* 117. 171. 176. 180. Mar-

# INDEX.

- Martyres sancti in cælo  
intercedunt pro nobis.*  
177.
- Maxim<sup>o</sup> Monachus san-  
ctus ad Martinum pa-  
pam confugit.* 226.  
228.
- Maxim<sup>o</sup> Martinum Pa-  
pam sanctissimum ap-  
pellat, quia agnoscit  
ipsum Dominum Ec-  
clesiæ.* 228.
- Maximi litteræ ad Mar-  
tinum.* 228.
- Maximi locus de proces-  
sione spiritus sancti.*  
36. de statu & pœna  
impœnitentium post  
mortem. 121.
- Menas Patriarcha Con-  
stantinop. in loco An-  
thimi Trapezuntij hæ-  
retici.* 230.
- Mensa formidabilissi-  
ma apud Chrysostomū  
quid.* 91. 93.
- Mensæ veteris & noui  
sacrificij effectus.* 91.
- Metaphrastes vide Sy-  
meon.*
- Metet quisque quod se-  
minauerit, quomodo  
intelligitur.* 128.
- Methodius patriarcha.*  
193.
- Michaeli Imperatori lit-  
teræ à Theodoro Stu-  
dita missæ.* 259.
- Missarum sacrificia pro  
defunctis, quam utilia*  
109. 114. 117.  
127. 130. 143.  
145.
- Mitti in Deo est à caus-  
sa.* 67.
- Mitti dicitur filius quia  
generatur, & spiritus  
sanctus quia procedit.*  
34. 45. 48. 54.
- Monotheitarum heresis  
à Martino & Agatho-  
ne sublata.* 157.
- Mors apud Epiphanium  
plenam iniquorum da-  
mnationem significat.*  
119.
- Mortui in pœnitentia  
quomodo & quibus modis ad-  
iuuari possint.* 138.
- Mortuorum in utilitatē  
quæ sint ab ecclesia cō-  
stituta.* 141.
- Mortuis*

I N D E X.

- Mortuis quantum profuit salutare sacrificium.* 141. 23. 24. 26. 50. 73. 215. 257. 268. à tertia, quarta, sexta, & septima synod. damnatus. 21. 23.
- Mortuorum commemoracionem fieri in missa est antiqua traditio.* 127. *Nicephorus Callist<sup>o</sup> Xanthopulus non sibi in scribendo constat.* 104.
- Mortuorum resurrectio est illa promissio de qua Paul<sup>o</sup> ad Hebræos* 186. 187. 189. 190. *Nicephori scriptorum vituperatio.* 105.
- Mortuorum resurrectio- nem Ezechiel vaticinatur.* 188. *Nicephorus lapsus contra eccl. scribens.* 106.
- Mysterium religionis quomodo inquirendū, & eius effectus.* 2. *Nicephori error de tem- pore canæ Domini cō- futatur.* 99.
- Mystica & figuralia legis veteris à Christo sublata.* 95. *Niceta sanctus, & eius fruitio.* 179.
- Moyſis sorori quid ob maledicentiam euenit.* 243. *Nicolaus Papa primus Cōstantinopolim proficiscitur.* 257.
- Moyſis in cathedra sede- runt scribæ, & Phari- ſei.* 245. 245. *Nicolaus Papa primus Græcos excōmunicat.* 248. 257.
- N
- Naturæ duæ in Chri- sto.* 47. *Nicolai Papæ. I. locus de primatu Papæ.* 211.
- Necessitatis vis.* 109. *Nicolaus Papa V. præ- dicit excidium Con- stantinopolis.* 249.
- Nestorius Conſtatinop. patriarcha hereticus.* O

O

**O**Lei, & pisciū vsus in cibus apud La- tinos. 208.

V

Olei

INDEX.

- Olei & cere vsus ad sepulchra defunctorum. 130.
- Onesim<sup>o</sup> sanctus, & eius beatitudo. 177. 179.
- Opera bona viuorū pro defunctis quam utilia. 124. 130.
- Operibus suis quisq; digna præmia recipiet. 185.
- Operationes duæ in Christo. 223.
- Orbis terrarum princeps summus Pont. 215.
- Orbem terrarū ordinare est summi Pont. 213.
- Ordo ubi non est, ibi confusio. 197.
- Ordinis Angelorū, qui de cælo cecidit, locus est replendus. 186.
- P
- P**alamas Latinis aduersarius. 290.
- Palatium Lateranense Siluestro à Constantino donatur. 203.
- Panes propositionis Dauid non sacerdos ob necessitatem comedit. 108.
- Panē dicendo, et de azymo, & de fermentato intelligitur. 106.
- Panē visibili verū Christi corpus continetur. 93.
- Papa Vicarius Christi. 6. 196. 201. 235. 239. 248. 270. successor Petri. 6. 195. 226. 235. 248. 250. 260. princeps, & gubernator totius orbis. 196. 201. 211. præses, princeps, magister, & caput ecclesie. 5. 213. 203. 213. 215. 260. caput sacerdotum. 228. 230. pastor ouium Christi, clauiger regni caelorum, & petra fidei. 199. 213. 255. 256. 253.
- Papæ primatus, & potestas probatur auctoritate & exemplo Agapeti Papæ. 230. Anagathonis Papæ. 258. Alexandri Papæ. 215. Anacleri Papæ. 211. 211. Anastasij Synactæ. 233. 239. Bessarionis Card. in epi. 1. Calisti

INDEX.

- listi* Papæ. 211. 215.  
*Carthaginen. concil.*  
 223. *Chalcedon. conc.*  
 226. 260. *Cypriani.*  
 211. 219. *Cælestini*  
*Papæ.* 257. 260. *Con-*  
*stantinop. conc. primi*  
*& secundi.* 263. *Cyri-*  
*li Alexandrini.* 234.  
 264. *Damasceni.* 199.  
 215. *Damasi Papæ.*  
 257. *Ecclesiæ.* 237. *E-*  
*phesini conc.* 260. *E-*  
*genij iij.* Papæ. 258.  
*Felicis Papæ.* 231. *Flo-*  
*ren. conc.* 5. 196. 259.  
*Geor. Trapezuntij in*  
*epi. Gregorij Papæ I.*  
 211. 257. *Greg. Na-*  
*zianzeni.* 230. *Innoc.*  
*Papæ.* 217. *Ioan. euäg.*  
 210. *Iustiniani Imp.*  
 228. 230. *Leonis Pp.*  
 203. 226. 257. *Leonis*  
*Im.* 199. *Liberij Papæ.*  
 257. *Luçæ euäg.* 199.  
*Mar. euäg.* 199 *Mar-*  
*celli Pp.* 210. *Martini*  
*Papæ.* 257. *Matthæi*  
*euang.* 195. 199. *Ma-*  
*ximi.* 228. *Metaphra-*  
*stis.* 226. *Nicolai. pa-*  
*pæ I. Nicolai V.*  
 250. *Pelagij Pp.* 211.  
*Sardicensis conc.* 230.  
*Silu. Papæ.* 257. *Theo-*  
*doristuditiæ.* 249. 257.  
 259. 260. *Zonara.*  
 230.  
*Papa ratione primatus*  
*& sacerdotij colendus.*  
 240.  
*Papam qui audit, Chri-*  
*stum audit.* 253.  
*Papam, vt membra ca-*  
*put sequi debemus.*  
 235.  
*Papam, qui non habent*  
*pro capite fideles non*  
*sunt.* 225.  
*Papa sedet super cathe-*  
*drâ Petri.* 253. *Chri-*  
*sti & Dei.* 246.  
*Papa in his quæ concer-*  
*nunt fidem ab Impera-*  
*toribus, & aliis consu-*  
*lendus.* 225.  
*Papæ iudicio quæcun-*  
*que ad fidem, & Chri-*  
*stianorum stabilitatem*  
*spectant, disponenda.*  
 203.  
*Papa si peccator sit, nihil*  
*ad nos, nec à subditis*  

V 2      carpi

INDEX.

- carpi aut damnari potest. 208. 246.
- Papæ non quia peccator est, sed quia Latinus, Græci obedire recusant. 290.
- Papæ quæ sint à Const. Im. donata. 204.
- Papæ fidem profitentur cum ad pontificatum assumuntur. 43.
- Papæ legati disputatio de primatu Papæ, & dictum contra versutias Græcorum. 77.
- Paradisi locus sanctis depuratus, à Christo apertus. 170. 175.
- Parentum peccata obtegenda. 244.
- Parentibus maledictum pœna. 240. 243.
- Pascha quid significat, cur, quâdo, & quomodo celebrandû. 34. 30.
- Pascha legale Christus & discipuli celebrarunt, & cur, & quando. 34. 85. 89. 97.
- Pascha primo die stantes peragebât Hebræi, deinde in cœna discumbant. 36. 39.
- Pascha, & cœna an sint idem. 36. 39.
- Paschatis tẽpore omnia igni assa & azyma esse debebant. 39.
- Paschatis tempore sui corporis Christus mysterium tradidit, & cur. 39. 91.
- Pascha hoc desiderio desiderauit & c. quid significat. 7.
- Paschali Papæ litteræ à Theodoro Studita missæ. 255. 257.
- Passionis Christi causa quæ fuerit. 90.
- Pastorẽ aliquem sequi necesse est. 143.
- Pastor ouium Christi Romanus Pont. 255.
- Pastorem reprehendere non est ouium. 244.
- Pater filius & spiritus sanctus tres persone & vna essentia. 117. 49. 65.
- Patris, & filij, & spiritus sancti quid proprium

INDEX.

- prium. 50. 56. 58. 69.  
 quid commune. 7. 69.  
 Pater, filius, & spiritus  
 sanctus vnum prin-  
 cipium creaturarum.  
 71.  
 Pater, & filius vnum  
 principium, & vna caus-  
 sa spiritus sancti. 7.  
 19. 61. 70. 71.  
 Pater est caussa, et filius  
 & spiritus sanctus à  
 caussa. 26.  
 Pater ante filium, & fi-  
 lius ante spiritum san-  
 ctum ratione caussæ  
 consideratur. 19.  
 Pater & filius produ-  
 cendo spiritum san-  
 ctum in vnam perso-  
 nam non coniungun-  
 tur. 69.  
 Pater solus caussa filij.  
 19.  
 Pater toti<sup>9</sup> deitatis fons  
 & quomodo. 76.  
 Pater quæcunque habet  
 dat filio præterquam  
 esse patrem. 3. 6. 8.  
 19. 29.  
 Pater dat filio vt Deus  
 sit, & spiritus sanctus  
 sit.
- ab eo procedat. 65.  
 20. 29. 53.  
 Patris spiritualis opera  
 in filium quæ & quã-  
 ta. 244.  
 Patriarchæ in electione  
 quid spectetur. 246.  
 Patriarchæ à Christo ex  
 inferis liberati. 117.  
 Pauli apostoli locus de  
 processione spiritus  
 sancti. 17. 21. 54. 63.  
 de generatione filij.  
 34. de panesacramen-  
 tali. 30. de purgato-  
 rio. 145. de fruitione  
 sanctorum. 164. 173.  
 184. de resurrectione  
 mortuorum. 185. 193.  
 de Christo crucifixo.  
 233. de præpositis.  
 244.  
 Pauli locus ad Hebræos,  
 Non acceperunt re-  
 promissionem, &c. de  
 claratur. 184.  
 Paulus Romæ martyrio  
 coronatus. 202.  
 Pauli fruitio & beati-  
 tudo. 171.  
 Peccatorum animæ à die  
 exitus & ante resur-  
 rectionem



INDEX.

- recciónē aeterno igni dānata.* 6. 165. 169.  
*Peccatis cum venialibus, vel mortalibus moriēs qua pœna ple-ctendus.* 117. 147.  
*Peccata, quibus anima purgatorij igne purganda.* 147. 149.  
*Peccatorū natura qualis.* 149.  
*Peccatorum venia confessione tantum non impetratur.* 154.  
*Peccatorum vinculis nō absoluedi separati ab unitate fidei.* 195.  
*Pelagij Papæ locus de primatu Papæ.* 211.  
*Per præpositionis vis, ac potestas.* 40. 41.  
*Per præpositio significat causam.* 21. 23. 25. 28. medium. 23. 25. ordinem. 76. idē quod Ex. 21. 38.  
*Per præpositio saepe trās- sit in significationem* Ex 25.  
*Per præpositio cur non patri sed filio apponi- tur.* 25.  
*Personarum est in trini- tate distinctio, non es- sentia, natura, aut deitatis.* 13.  
*Personæ in Trinitate di- stinguuntur secundū causam & causatum.* 19. 27.  
*Personarū quod est pro- prium non debet trans- ferri ad essentiam.* 50.  
*Personæ in Trinitate nō habent prius nec po- sterius.* 27.  
*Personæ in Trinitate quomodo altera ante alteram consideretur.* 19.  
*Personis diuinis quid proprium, quid comu- ne.* 40.  
*Petrus cur à Christo in- terrogatus.* 196. 213. 267.  
*Petrus Apostolorum & terrarum orbis præses* 195. *terræ pastor & magister.* 197. 199. *clauiger vitæ aeternæ, pastor & apostolicum caput.* 257.

INDEX.

- Petro Apostoli primatum detulerunt. 195.  
 Petro ante & post quã pateretur Christ. potestatem tradidit. 196.  
 199. 214.  
 Petri sedes ex Antiochia Romam traslata. 202.  
 210.  
 Petri discipulus Marcus. 110.  
 Petrus et successores imperialibus indumentis & ornamentis à Constantino Imp. donantur. 203.  
 Petrus Romæ crucifixus. 203.  
 Petri & successorũ potestas eadem. 257. 270.  
 Petri, & successorum si des. 228.  
 Petri apostoli ab vnitate separati, regno cœlorũ eximuntur. 213.  
 Petrus Antiochenus hæreticus. 231. Valentinus, & Euty chis discipulus. 125.  
 Photij tempore Græci à Nicolao primo excommunicati. 148. 257.
- Pietatis officia animabus in purgatorio existētibus prosunt. 114. 117. 145.  
 Piscium, & olei vsus quarta feria, & parasceue apud Lat. 209.  
 Pœna apud inferos dispar. 136.  
 Pœnitentia non est post mortem. 138.  
 Pœnitentia & confessio an ad salutem sufficiant. 151. 153.  
 Pœnitentia in subsidiũ purgationis ignis cõparatur. 151. 153.  
 Pœnitentium animæ, si non satisfecerunt, purgatoris pœnis purgatur. 114. 117.  
 Pœnitentiæ & confessionis effectus. 141.  
 Pœnitentia per aquæ stillam in historia Epulonis designatur. 119.  
 Principes nõ redarguēdũ. 203. honorandi. 244.  
 Principũ peccata nõ sunt à subditis inquirenda. 244.
- Producere

INDEX.

Producere non est pater-  
na personæ constituti-  
uum. 69.

Proiecti episc. reuerētia  
in Rom. ponti. 261.

Purgatorium id dicitur  
Latine, quod Græce  
catharterion. 114.

Purgatoris pœnis quæ  
animæ purgandæ. 114.  
164.

Purgatorium esse, &  
animabus in eo existē-  
tibus fidelium uiuo-  
rum suffragia prodes-  
se, probatur auctori-  
tate, & exemplo A-  
thanasij. 130. Basilij.  
147. Chrysof. 127.

130. 131. 136. 147.  
Constitutionum Apo-  
stolorum. 127. 138.

Damasceni. 123. 145.

Dionysij. 125. Exod.

138. Florentini cōcilij

115. Gregorij Papæ.

Gregorij Nazianzeni.

Greg. Nysseni. 127.

Luca euāg. 150. Ma-  
carij. 128. Malachie

proph. 152. pauli apo-  
stoli. 145. psalmodum.

149. sancti cuiusdam

in vitis patrum. 228

sapientie. 141. Theo-  
phili & Augustæ cō-  
iugum. 134. Traiani  
Imperatoris. 134.

R

**R**Egna sine ordine &  
capite, dissoluntur.  
197.

Religio catholica eccle-  
siae inculcata. 219.

Religionis mysteriū in-  
quirendi modus, & eius  
effectus. 1.

Religionis dogmati Gē-  
nadius se subijcit. 3.

Rerum quædam nō sunt  
sed dicuntur, quædam  
sunt, sed nō dicuntur,  
quædam sunt & dicun-  
tur, quædam nec sunt,  
nec dicuntur. 75.

Resurrectione vniuer-  
sali subsecuta, non erit  
amplius generatio, ne-  
que corruptio. 186.

Resurrectionem vniuer-  
salem vaticinatur E-  
zec. 188.

Resurrectione vniuer-  
sali subsecuta erit per-  
fecta

INDEX.

- fecta anima & corporis beatitudo. 190.
- Resurrectio significatur per lorum, quo utitur summ<sup>o</sup> pontifex. 204.
- Romana ecclesia caput ecclesie. 91.
- Roma, & omnes Italiae Vrbes, & prouinciæ Siluestro & successoribus à Cōst. donata. 218.
- Romani sancti beatitudo. 171. S
- Abba sanctus & eius fruitio. 175.
- Sacerdos Dei nuncius. 243. corporis Christi minister. 79. 98.
- Sacerdotis intentio in conficiendo sacramento requiritur. 78.
- Sacerdotes in azymo, aut fermentato pane secundum suæ Ecclesie consuetudinem conficere debet Christi corp<sup>o</sup>. 77.
- Sacerdotibus non maledicendum, sed habendus honor. 240. 241. 244.
- Sacerdotis iniuria, & honor redundat in Deum. 241. 244.
- Sacerdotes orientales ad papam vt ad petri successorem confugiunt. 226.
- Sacerdotum Rom. Ecclesie reuerentia. 237.
- Sacerdotū preces quantopere prosint defunctis. 145.
- Sacerdotes non sunt qui non habent Rom. pont. pro capite. 225.
- Sacramenti species aliud, aliud quod per eam intelligitur. 93.
- Sacramenti baptismi forma. 101. itē Euch. 191.
- Sacramento eucharistie requisita. 102.
- Sacrificia vetera figura: noua vero veritas. 93.
- Sacrificium vetus vituli & agni, & nouum corporis Christi cur institutum. 91.
- Sacrificium in azymo, & fermentato pane conficitur. 6:77.
- Sacrificium in pane triticeo, & vino vitis conficiendum. 80.
- Sacrificium in cruentum

INDEX.

- quid, & quam utile  
defunctis. 125. 227.  
130. 163.
- Sacrificia, & oblationes  
pro iis qui sunt in cœlo  
non offerenda. 139.
- Sacrificij veteris signi-  
ficatio. 94.
- Sanctorum animæ nunc  
sunt in cœlo, peccato-  
rum in inferno. 6. 117.  
178. 179.
- Sancti visione Dei per-  
fruuntur. 162. 166.
- Sanctorum in cōmemor.  
cur oblectemur. 263.
- Sanctorum animas nunc  
esse cum Christo, &  
frui beatitudine ne-  
gantes, blasphemant,  
& sunt hæreticis de-  
teriores. 160. 179.
- Sancti in cœlo pro nobis  
intercedunt. 177.
- Sanctos nunc perfecte,  
vel imperfecte frui  
beatitudine quomodo  
intelligitur. 134.
- Sancti in cœlo non egent  
vivorū suffragiis. 122.
- Sanctorum animas nunc  
ante vniuersalem re-  
surrectionem esse bea-  
tas in cœlo, probatur  
auctoritate & exem-  
plo Anastasij. 197.
- Andree Archiepisco-  
pi Cretæ 130. Antonij  
179. Athanasij. 169.  
Chrysoft. 163. Clima-  
ci. 175. Damasceni.  
169. 174. Ecclesie  
precum, & instituto-  
rum. 169. vsq. ad pa-  
175. Esaiæ. 158. Greg.  
papæ. 121. 139. 162.  
168. Greg. Nazianz.  
162. Gregor. Nysseni.  
162. Ioannis euang.  
162. 168. 173. Lucæ  
euang. 164. Metaphra-  
stis. 162. Pambonis.  
175. Pauli apostoli.  
194. 174. 184. psal-  
morum. 195. 175.  
Theophanis. 169.
- Sanguinis vitulorum &  
Christi effectus. 93.
- Sardicensis concil. locus  
de primat. papæ 230.
- Schisma Græcorum sub  
Nicolao V. 249. 257.
- Schismacalamitatū Gre-  
corum caussa. 253.

I N D E X.

Schismatici qui sint. 157

168. 211. 222.

Sedis apostolicæ primat<sup>9</sup>  
& potestas. 196. 203.

219. 221. 259.

Sepulchris defunctorum  
cur cera & oleum ac-  
cendantur. 130.

Seuerushæreticus. 215

Siluest. Papæ et succes-  
soribus quæ sint à Cō-  
stantino Imperatore  
donata. 202.

Siluester cur acceperit  
donationē Const. 206.

Siluester Arii hæresim  
aboluit. 257.

Spiritum sanctum pro-  
cedere à patre, & filio  
probatum auctoritate

Ambrosij. 50. Ana-  
stasij. 32. Athanasij.

32. 27. 41. 33. 72.

Augustini. 50. 54.

54. 56. 57. Basilij.

17. 19. 46. 65. 62.

Chrysostomi. 21. 30.

Cyrilli. 7. 8. 30. 40.

43. 44. Concilij pri-  
mi. 19. quinti. 25.

sexti. 25. Florentini.

5. 8. Damasceni. 11.

13. 25. Damasi. 48.

Epiphaniij. 37. Esaiæ.

54. Gregorij Nysseni.

10. 11. 19. 21. 40.

Hieronymi. 52. Hi-  
larij. 43. Hormisdæ

Papæ. 49. Ioan. euāg.

60. 67. Leonis Papæ.

50. Maximi. 37.

Metaphrastis. 32.

Pauli apost. 54. psal.

52. Tarasij. 37. Theo-  
phanis. 25.

Spiritus sanctus proce-  
dit à patre, & filio

æqualiter. 43. 48. es-  
sentialiter & natura-

liter. 8. 9. 21. 28. 29.

74. ineffabiliter. 55.

sine tempore. 54.

Spiritus sanctus à se nō

est, sed à quo proce-  
dit. 7. 60.

Spiritus sanctus mediā-

te filio est à patre. 26.

Spiritus sanctus cū pro-  
cedat ab utroque cur

de patre procedere di-  
catur. 50. 60. 71.

Spiritus sanctus à patre

procedit, cur dixerit

Christus. 68.

INDEX.

- Spiritus sanctum cur ex patre per filiū procedere dixerunt Graeci.* 73.
- Spiritus sancti vnum principium & vna caussa pater & filius.* 61. 69.
- Spiritus sanctus ita se habet ad filiū, vt filius ad patrem.* 9. 35.
- Spiritus patris, vel filij cum dicitur, quid intelligitur.* 13. 47. 63. item *Spiritus veritatis.* 9. 11. 19. 54. 59. 64. item *Spiritus oris sui.* 32. 54.
- Spiritus sanctus est vnus patris & filij, & vnus vtriusque.* 50.
- Spiritus sanctus audit, accipit, quid significat.* 9.
- Spiritus sancti processio quibus verbis demonstratur.* 33. 60. quibus argumentis. 66.
- Spiritus sanctus cur neque ingenus neque genitus dicatur.* 58.
- Spiritus sancti propriū quid.* 60.
- Spiritus sanctus dicitur donum Dei.* 54. lumen. 62. imago & operatio, eloquium & flagrantia filij. 65. aqua viua. 73.
- Spiritus sanctus est vnus patris & filij, & vnus vtriusque.* 30.
- Stephanus sanctus cur ab hæreticis accusat.* 228.
- Symeon stilita & eius anima beatitudo.* 254.
- Synodus non potest Synodus vocari sine auctoritate Papæ.* 226.
- Synodus œcumenica non est cui non præfuit Romanus pont.* 228.
- Synodos congregandi potestas penes papā.* 215.
- Synodi in subsidium ecclesiæ constituta.* 215.
- Synodos non sequentes schismatici appellantur.* 157.
- Synodorum locus de primatu papæ.* 6. 7. 196. 211. 222. 226.

INDEX.

- Synodus Ephesina latro-  
nis more coacta, à  
Leone disiecta. 224.  
226.
- T
- T** Arasij locus de pro-  
cessione spiritus  
sancti. 37.
- Theodori Studitæ locus  
de S. imaginibus & de  
fide Rom. Eccl. 274.  
de prim. Papæ. 255.
- Theodo. litteræ ad Pa-  
schalem Papam. 78.  
257. ad Michaellem  
Im. 259. ad Naucra-  
tium. 260.
- Theodori Mopsuestiæ  
hæresis damnatur. 25.
- Theodoritus perturba-  
tur Cyrillum Nesto-  
rio prævaluisse. 25.
- Theodoritus contra Cy-  
rillum scripsit, & cur.  
25.
- Theodoriti scripta con-  
tra Cyrillum damnan-  
tur. 25.
- Theodoriti locus de azy-  
mo & fermentato. 34.
- Theodoritus ad Leonem  
Papam confugit. 226.
- Theodosius Casareæ Epi-  
scopus. 222.
- Theophanis locus de pro-  
cessione spiritus san-  
cti. 25.
- Theophili scriptorum  
comprobatio. 63.
- Theoph. curat Chrysofost.  
in exiliū mitti. 219.
- Theophilus deponitur.  
219.
- Theophilus Augustæ &  
sanctorum precibus  
salutem consequitur.  
134.
- Theophilus in hæresim  
oppugnatorum imagi-  
num dilapsus resipi-  
scit. 134.
- Theophili historia pur-  
gatorij dogma conuin-  
citur. 136.
- Traditiones apostolorum  
de commemoratione  
pro defunctis. 127.
- Traianus Imperator o-  
rationibus Gregorij  
Papæ salutem conse-  
quutus. 134.
- Trinitas non essentia, sed  
personis distinguitur.  
9. 58. & quōdo. 8. 25.
- Trini-



INDEX.

- Trinitatis mysterium, & eius explicatio.* 43. 48. 49. 52. 54. 62.
- Trinitatis personarum quomodo altera ante alteram consideratur.* 19. 26.
- Trinitatis personarum aequalitas in maiestate, aeternitate, & potestate.* 56.
- Trinitatis personarum proprium.* 50. 56. 58.
- attributa.* 58.
- Truli Synodus ab Epiphanyo coacta.* 220.
- V
- V**erba quibus processio spiritus sancti demonstratur. 34. 63. 77.
- Verbi Dei potestas.* 99. 104. 213.
- Veritatis vis & effectus.* 2. 74. 159. 256.
- Veritati cedendum.* 11. 71. 257.
- Veritati se opponens sibi perniciēstruit.* 214.
- Veritatem hæretici cur non possint cernere.* 228.
- Vicarius Christi Petrus, & eius successor.* 6. 195. 201. 254.
- Virginum quinque parabola declaratur.* 113.
- Vitarum sanctorum patrum liber.* 128.
- Viuorum fidelium suffragia in purgatorio existentibus profunt.* 6. 125.
- Vocem scripturarum sine sensu percipere est proprium Iudæi.* 222.
- Voluntates duæ in Christo.* 222. 228.
- Z
- Z**enoni Imperatori litteræ à Felice Papa missæ. 231.

## Leetori.

**N**E mireris amice Leetor, si in hoc opere subobscura, & fortè etiam mendosa quædam alicubi occurrant: nã & argumentum ipsum, præsertim initio, sublime est ac arduum: & nos græcum exemplar, quo iuuaremur, nullum: Latinum verò, quod imitaremur, vnicum nacti sumus, & illud primæ editionis. Dedimus ergo quod potuimus. Tu studium nostrum boni consule, & quæ sequuntur errata typographica sic corrige.

*Pagina 25. versu 6. lege, Resipiscite. 32. 11. Sinai.  
35. 20. sementi. s. 36. 7. Sed animaduerte. 61. 16. parte.  
65. 19. profectio. 66. 14. flagrantia. 77. 16. pertractat.  
100. 14. anticipasse. 139. 15. placauerint. 166. 2. corpore.  
210. 20. legitur. 217. 10. ecclesiam. 245. 27. vel.  
259. 20. Imperatorem.*

